



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Ga
110
746




Ga 110. 546.



Rec'd 12 Jan. 1872





EXERCITATIONES CRITICAE
IN
ARISTOPHANIS PLUTUM

SCRIPSIT

ALBERTUS DE BAMBERG
PH. DR. IN GYMNASIO REGIO IOACHIMICO ADIUNOTUS.

BEROLINI

APUD S. CALVARY EIUSQUE SOCIMUM.
MDCCCLXIX.

Ga 110.746

1872, Febr. 15.
Salisbury, Fund.

EXERCITATIONES CRITICAE IN ARISTOPHANIS PLUTUM.

Ante hos quattuor annos a philosophorum Bonnensium ordine summos in philosophia honores petiturus quaestionem de ratione quae inter Ravennatem et Venetum Aristophanis codices intercederet ab eisdem hominibus doctissimis ante paucos annos adolescentibus in illa celeberrima litterarum sede graecae et romanae antiquitati studentibus cum praemio frustra propositam institui et dissertationem illis satis probatam in lucem edidi. Qui libellus benignum mox censorem nanctus est Velsenum, qui in Philologi volumine vicesimo quarto multis quidem additis laudibus quam in illa quaestione secutus eram rationem comprobavit, ipsam vero ante quam librorum manu scriptorum non solum optimorum sed etiam deteriorum variae lectiones omnes cognitae essent instituendam fuisse iure negavit. Quale fundamentum ne amplius deesset cum quaestioni meae tum omni Aristophanis emendationi idem homo doctissimus summa adsiduitate ac diligentia ipse postea curavit et cum plenissimo miraeque vel in minutissimis rebus adcurationis apparatus critico Aristophanis fabulas edere coepit. Ante hoc Velseni opus de codicum stirpe quaestionem non posse absolvi manifestum est. Quae cum ita sint nunc ex eis, quae ad Pluti verborum textum si non emendandum at constituendum idonea invenisse mihi videor quaedam editurus exordiar quidem ut par est a codicibus, sed eorum adfinitate neglecta de erroribus tantum quibusdam gravioribus, quos homines doctissimi in utendis codicibus commisisse videntur, quam brevissime potero agam.

Heimreichius in *miscellaneis criticis* in programmate scholae Flensburgensis anno 1865 editis p. 21 postquam Plut. 751 pro *δίκαιοι* scribendum esse coniecit πένητες sic pergit: »Neque aliter censendum esse suspicor de v. 755 quem omisit codex Ravennas. Sat enim notum est in Ravennate codice nonnullos versus deesse qui legantur in Veneto; quam in rem cum accuratius inquirerem ad eam adductus sum sententiam, ut crederem, esse quos versus mera neglegentia, qualis in librario conspicitur, omittaret Ravennas, sed esse quos suo iure omitteret codex longe praestantissimus. Inter hos

igitur versus numerandum esse censeo Pluti v. 755.^c Huic coniecturae, in quam ipse nondum lecto Heimreichii libello incideram, ex meis observationibus argumentum addere licet. Etenim non memini ullius loci, ubi ἐκ δικαιοντος ut in hoc versu: οὐχ ἐκ δικαιοντος βίου κεκτημένοι dictum sit pro ἐκ τοῦ δικαιοντος, quod legitur apud ipsum Aristophanem Av. 1433 sq.

ἄλλ' ἔστιν ἔτερα νῆ Δί' ἔργα σώφρονα,
ἀφ' ὧν διαζῆν ἄνδρα χρῆν τοσούτοντί¹
ἐκ τοῦ δικαιοντος μᾶλλον ἢ δικορραφεῖν

et in numero plurali Nub. 1115 τοὺς χριτάς δ' ἀ κερδανοῦσιν, γν τι τόνδε τὸν χορὸν ἀφελῶσ' ἐκ τῶν δικαιών^{*)}, apud Lysiam 19, 9 κινδυνεύομεν περὶ ὧν οἱ πρόγονοι ἡμῖν χατέλιπον κτησάμενοι ἐκ τοῦ δικαιοντος, apud Xenophonem in Anabasi I, 9, 16 εἰς τε μὴν δικαιωσύνην εἴ τις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος, περὶ παντὸς ἐποιεῖτο τούτους πλουσιωτέρους ποιεῖν τῶν ἐκ τοῦ ἀδίκου φιλοκερδούντων, ib. 19 εἰ δέ τινα ὁρφή δεινὸν ὅντα οἰκονόμον ἐκ τοῦ δικαιοντος κτλ. Oeon. 7, 15 ὅπως τά τε ὅντα ὡς βέλτιστα ἔχει καὶ ἄλλα δτι πλεῖστα ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ δικαιοντος προστενήσεται cf. Cyrop. VIII, 1, 26 καὶ τοὺς ἄλλους φετ' ἀν τῶν μὲν αἰσχρῶν κερδῶν ἀπέχεσθαι, διὰ τοῦ δικαιοντος δ' ἐθέλειν πορίζεσθαι. Haec observatio sola mihi scrupulm iniecit de illo versu, quem quod Ravennas omisit ea re minime ego moveor, quippe qui neque Ravennatem neque Venetum ceteros codices tam longe superare vetustate et bonitate fontium, ut a totorum versuum recentium interpolatione soli liberos se praestiterint, persuasum habeam itaque hic versus ut in Ravennate intercideret non magis dubitem quin casu factum sit quam quem Bothius eiciendum censuit v. 712 ΓΥ. λιθινον; ΚΑ. μὰ Δὶ οὐ δῆτ' οὐχὶ τό γε κιβώτιον, quem versum tantum abest ut frigere concedam ut lepidissime mihi videatur mulieris diffidentiam callidumque Carionis refellendi studium atque huius ad eludenda pericula prodere dexteritatem. Quanquam editoribus v. 281 ὅτου χάριν μ' ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκε δεῦρο secludentibus Ravennatem et Venetum eundem omittentes haud contemnendum auxilium ferre lubentissime concedo; nimirum in deteriorum codicum cuiuscunque aetatis archetypo illum versum ex v. 260 primum repetitum esse satis credibile est.

Omnino autem cavendum est, ne codices postquam diu despecti jacuerunt nunc in clariore luce conlocati nos obcaecent. Quod periculum si feliciter evitabit, qui quid cuiusque loci natura exigat id potissimum quaerit; sunt vero qui auxilia critica diligenter perquirant quam auctoris verba et emendandi studio abrepti dummodo aliquid a

^{*)} Plurali articulus deest Menand. gnom. monostich. 196 ζήτει συναγαγεῖν ἐκ δικαιῶν τὸν βίου, Lycurg. ap. Stob. 94, 17 οὐ τὸ πλουτεῖν καλόν, ἀλλὰ τὸ ἐκ καλῶν πλουτεῖν.

codicibus sit praesidii coniecturam prius pariant quam quae leguntur corrupta esse demonstratum sit. Quo factum est, ut non solum, quod facillimum est ex codicibus emendandi genus, unius codicis lectione iniuria mutarent ceterorum omnium, verum etiam longius progressi haud raro cuius codicis scripturae ceteris invitatis unam partem comprobabant, eiusdem reliquam cum ceteris congruentem ex coniectura simul immutarent. Quorum neutrum id est, quod fieri omnino non debeat, sed nemo erit quin sentiat alterum genus multo etiam maiorem cautionem habere priore. Itaque operaे pretium esse videtur, diligentius investigare, num quid in hoc genere homines critici in Pluto peccaverint.

Ut primum de eis variis lectionibus disseram, quae Ravennatis et Veneti communes sunt, v. 695 ἔπειτ' ἐπειδὴ μεστὸς ἦν ἀνεπαυδμῆν eterque codex pro ceterorum ἀνεπαυδμην, quod Venetus ut variam lectionem additum habet, ἀνεπαλλόμην exhibet. Hoc verbum, quod unus Bergkius recepit, intolerabile esse Meinekius Vind. Aristoph. p. 214 breviter his verbis indicavit: »Cario, qui vs. 683 (sic enim scriendum est) surrexerat, nunc cibo repletus rursus requievit«, quam sententiam verissimam etiam Heimsoethius Ind. lect. Bonn. hibern. 1866 p. XII secutus est. Is autem Meinekius, qui ἀνεπαυδμην recepit, reprehendit, quod non patefecerit variae in optimis libris lectionis originem; nimirum ἀνεπαυδμην interpretationem esse vocis in hac re propriae ἀνεχλινόμην, ex qua residuam litteram λ interpretamento admistam vocabulum effecisse contrariae significationis; ac conferri posse Hesych. ἀνάχλισιν, ἀνάπανσιν. Suid. ἀνάχλισις, ἀνάπανσις. Scribi igitur vult ἔπειτ' ἐπειδὴ μεστὸς ἦν ἀνεχλινόμην, quemadmodum legatur Hom. od. IX, 371 η καὶ ἀναχλινθεὶς πέσεν ὑπτιος et in Eubuli fragmento ap. Athen. XV. p. 685 e (Com. III p. 258, 2) ὡς γὰρ εἰσῆλθε τὰ γερόντια τότ' εἰς δόμους, εὐθὺς ἀνεχλίνετο. At sciendum est, hunc Eubuli locum ex universa comoedia attica solum esse, ubi ἀναχλίνεσθαι verbum inveniatur. Quid? quod valde mihi probatur ibi κατεχλίνετο scribendum esse, quod usitatissimum de accumbendo in convivio verbum est, cf. Ach. 981. Ves. 1208 ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προμάνθανε ξυμποτικὸς εἶναι καὶ ξυνουσιαστικός, unde intellegitur, cur Demosthenes Equ. 98 vinum bibiturus dicat ἐγὼ δὲ κατακλινήσομαι, Sophil. Com. III p. 581 οὐ' ἔχει κατακλιθεὶς (scrib. κατακλινεὶς) ἐπιδορπίσηται τὰς δνέας ματτύας. Xen. Conviv. I, 8. 13. II, 23*). *Κατακλίνεσθαι* verbum fortasse etiam a Carione v. 695 recte usurparetur cf. Hyperid. Euxen. c. 27. ὁ δῆμος προσέταξεν Εὐξενίππῳ τρίτῳ αὐτῷ ἐγκατακλιθῆναι εἰς τὸ ιερόν; sed optimum est quod deteriores libri servaverunt, ἀναπάνεσθαι verbum, quod de requiescendo ex coena vel

*) Lucianum ipsum vel quicunque alias huius scripti auctor est, non librarios peccavisse Cobetus obs. crit. p. 261. 319 rectissime contendit Luc. 3, ubi haec leguntur: καὶ ὁ Ἰππαρχός με δεξιωσάμενος ἐκέλευε συνανακλίνεσθαι μετ' αὐτοῦ. τὸ δὲ δεῖπνον οὐ σφύδρα λιξόν.

potū haud raro dicitur ut v. 1123 νῦν δὲ πεινῶν ἀναπάσην ἀναπάσομαι, quae verba Mercurii sunt, qui se desitum esse queritur deliciis suis a cauponis delectari cf. Xen. Mem. III, 13, 5 καὶ ἐκεῖσε πορευόμενος περιπατήσας ἀριστήσεις, περιπατήσας δειπνήσεις καὶ ἀναπάση; ib. IV, 5, 9. Eurip. Cycl. 582 Cyclops ebrius: ἄλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπάσομαι κάλλιστα νῆ τὰς Χύριτας. Itaque ego non dubito quin ἀνεπαλλόμεν ex ἀνεπανύπην corruptum sit. Vides Heimsoethio optimorum codicum communem lectio- nem quamvis ipsam emendandam imposuisse. Sed quem hic socium erroris habuit, Berg- kius idem passus esse videtur solus v. 721 κατέπλασεν αὐτοῦ τὰ βλέφαρού ἐκστρέ- φας, ἵνα. Nam quod cum solo Monacensi c Ravennas et Venetus exhibent ἐκτρέφας, id Meinekius quidem Kappeynius Dindorfius ex ἐκτρέφας ceterorum plurimorum codi- cum lectione ortum esse intellexerunt, Bergkius vero fortasse ἐκτρίψας inde efficiendum esse coniecit. Quae conjectura inter eas referenda esse videtur, quas refellere ante- quam explicatae sint dedecet: interim ἐκτρέφας, quod nullam offensionem habet, tenen- dum est.

v. 701 videntur deteriores codices exhibere: οὐχ ἀλλ' Ἰασὼ μέν τις ἀχολου- θοῦσ' ἄμα, Ravennas et Venetus addita γε particula ille Ἰασὼ μέν γε τις, hic Ι. μέν γε omisso pronomine. Reisigius Coniect. p. 51, miratus Iasus nomini pronomen indefinitum, articulum Panaceae illa non magis notae additum esse facili profecto medela reponendum duxit: οὐχ ἀλλ' Ἰασὼ μέν γ' ἐπαχολουθοῦσ' ἄμα. Probaverunt hoc Reisigii inventum Bergkius Meinekius Dindorfius in scenicorum poetarum editione quinta Lipsiensi Kappeynius van de Cappello. Maluerunt igitur quod praeter Venetum omnes codices exhibit pronomen delere quam quod soli Ravennas et Venetus γε vocabu- lum non recipere. Ego aliter sentio. Primum enim cum apud Aristophanem in trimetris decies (Plut. 13. 16. 19. 757. Ach. 261. Nub. 505. Av. 1551. Ran. 521. Eccl. 1028. 1077.) ἀχολουθεῖν verbum simplex, ἐπαχολουθεῖν semel tantum in fragmento ap. Athen. XII p. 525 A. (Com. II p. 1163.) invenerim, a me impetrare non possum, ut in his codicibus omnibus hoc loco verbum compositum restituendum esse Reisigio credam. Deinde Carioni qui per hunc totum locum religionis contemptorem se praebet nihil magis convenire puto quam illud, quod olim legebatur, Ἰασὼ τις, quo cum contemptu quodam mulierculam illam significat, quae in templo Aesculapii Iasus partes suscep- erat. Idem vero quod deinde ioco omisso Panaceae ut decet articulum addit, suo iure utitur. Μέν γε vero particularum coniunctionem Aristophanes tantum non in deliciis habuisse videtur; nam non solum novem locis, quos Wehrus in dissertatione inaugurali, hoc anno Gottingae de particularum nonnullarum apud Aristophanem usu conscripta, p. 18 concessit, illae coniunctae leguntur, verum etiam his: Av. 1136 ἐξ μέν γε Λιθύης ἡκον- ώς τρισμύριαι γέρανοι, ib. 1608 νῦν μέν γ' ὑπὸ ταῖς νεφέλαισιν ἐγκεχρυμμένοι κτλ., Eccl.

60 πρῶτου μέν γ' ἔχω τὰς μασχάλας λήχμης δασυτέρας, Lys. 589 πρώτιστον μέν γε τεκοῦσαι, ib. 720 τὴν μέν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν διπήν. Itaque ut brevis sim Aristophanem scripsisse confido:

οὐχ ἀλλ' ἵασὼ μέν γέ τις ἀκολουθοῦσ' ἄμα,
ex quibus vocabulis deteriores codices γε, Venetus τις omisit, cum Ravennas omnia ser-
vaverit. Procelesmaticus non displicuit Godofredo Hermanno Elem. doctr. metr. p. 128.

Etiā v. 806 οὗτω τὸ πλούτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμα δῆ pro δῆ particula,
quam a solis codicibus Ravennate et Veneto Bergkius et Meinekius acceperunt, ex
ceteris codicibus τι restituendum esse videtur. Hoc enim vetus scholiasta legisse
videtur, qui haec adnotat: Ἀδιανόητος ὁ ἱαμβὸς ἢ πρὸς τὰ ἄνω

καὶ ταῦτα μηδὲν ἔξενεγχόντ' οἰκοθεν

οὗτω γὰρ ἡδύ τι ἐστι πρᾶγμα τὸ πλούτεῖν. Huius scholii auctoritas confirmatur
similitudine horum locorum: Antiph. Com. III p. 137 οὗτω στερεόν τι πρᾶγμα
θερμόν ἐσθ' ὅδωρ, Menand. Com. IV. p. 150 οὗτω τι πρᾶγμ' ἐστ' ἐπίκονον τὸ
προσδοκῶν, p. 215 δυσπαραχολούθητόν τι πρᾶγμ' ἐστὶν τύχη.

Ut iam ad scripturas quasdam Ravennatis proprias transeamus v. 98 πολλοῦ γὰρ
αὐτοὺς οὐχ ἔραχά πω χρόνου praeter illum codicem omnes πον exhibere viden-
tur pro πω, quam voculam neminem video tutatum esse uno Dindorfio excepto. Is
vero quod conferri iussit Equ. 944 οἷος οὐδεὶς πω χρόνου non satis sollerter se prae-
stítit patronum, cum in hoc Pluti versu, si quid sentio, non genetivus ipse sed id
mirum sit, quod adversa fronte inter se pugnare videntur οὐχ ἔραχά πω et πολλοῦ
χρόνου. Ne ego quidem plures locos adferre possum, qui huic satis similes sint, quam
unum Xenophontis Anaþ. I, 9, 25 λέγων δτι οὕπω δὴ πολλοῦ χρόνου τούτου ἡδίονι
οἵνῳ ἐπιτύχω, in quo quod sciam nemo ex editoribus haesit. Huius loci similitudine
ita utor, ut contemptis eis omnibus, quae homines doctissimi coniectaverunt, ἔραχά
πω ex Ravennate optimo libro integra accipiam neque vero Meinekiūm et Bergkiūm
secutus in ἔραχ' ἔγω vel Kappeynium in ἔραχάγω commutem. Πον, quod omni vi caret,
hic in deterioribus libris eodem modo ex πω corruptum est quo Equ. 944 in codice
Florentino Γ.

Ut hoc loco ea lege ut nihil aliud mutetur Ravennatis lectionem comprobandum
esse censeo, sic v. 564 δτι κοσμιύτης οἰχεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ πλούτου δ' ἐστὶν
ὑθρίζειν quod Ravennas exhibit ἐνυθρίζειν verbum compositum verbo simplici prae-
ferendum quidem duco neque tamen ita ut ex Bergkii coniectura scribatur μετὰ τοῦ
Πλούτου δ' ἐνυθρίζειν. Fateor quidem fuisse quo tempore ipse opinarer, quod
Ravennas τ. Πλ. δ' ἐνυθρίζειν exhibit a recenti demum manu copula addita, id signo
esse Aristophanem verbis τοῦ πλούτου δ' ἐνυθρίζειν versum eodem modo concludere

voluisse quo v. 548 verbis τῶν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω, v. 553 τοῖς ἔργοις προσέχοντα, v. 561 τοῖς ἔχθροις ἀνιαροί, v. 565 τοὺς τοίχους διωρύττειν, v. 570 τῷ δῆμῳ πολεμοῦσαν ac Bergkii conjecturam comprobarem. At mox intellexi recte dici κοσμιώτης οἰκεῖ, absurde ὄβριζειν vel ἐνυθρίζειν οἰκεῖ. Itaque nunc Reisigio Coniect. p. 250 et Fritzschio ad Thesm. 720 in Ravennate ἔστι² omissum in ceteris ἔστι² ἐνυθρίζειν in ἔστι² ὄβριζειν corruptum esse videri lubenter concedo. Nimirum verbum compositum, quod per omnes atticae comoediae reliquias frustra quaeritur excepto uno loco Thesm. 720, ubi in chorico legitur, in trimetrum nequaquam exciperem, in anapaestico tetrametro Aristophanem simplici praetulisse facile credo.

v. 1088 sq. fere scribitur:

ἀλλ' εἴσιδ' εἴσω τῷ θεῷ γὰρ βούλομαι
ἔλθων ἀναθεῖναι τοὺς στεφάνους τούσδ' οὓς ἔχω.

Ravennas solus pro οὓς exhibit ᾧς. Meinekius Vind. p. 222 haec dicit: »Postrema verba satis iejuna sunt, ac nescio an poeta scripserit ᾧς ἔχω, confessim, quod frequens est Aristophani dicendi genus, habetque hoc ipsum Rav. cfr. Equ. 488 πρῶτον δ' ᾧς ἔχω τὰς κοιλίας καὶ τὰς μαγάρας ἐνθαδὲ καταθήσομαι.« Haec ego probavi Goett. gel. Anz. 1866 p. 155 et probavit Kappeynius, qui tantum non recepit optimi codicis lectionem optimam. Sed id nego ᾧς ἔχω hoc loco esse quod Latini confessim dicunt vel nulla mōra interposita. Haec enim agendi celeritas non est adolescentis, qui inde a v. 1042 sq. propositi immemor cum Chremylo ac vetula conlocutus sit. Quid hoc loco illud ᾧς ἔχω sit, disci potest ex Lys. 609. sq. νὴ τὸν Δί' ἀλλὰ τοῖς προβούλοις ἀντικρυῖς ἐμαυτὸν ἐπιδεῖξω βαδίζων ᾧς ἔχω, ubi adparet probulum ad eum habitum respicere, quo mulierum beneficio utebatur. Atque id summi momenti est, ᾧς ἔχω locutionem eum statum significare, in quo aliquis aliquid agat; qui si ad agendum nondum ab omni parte aptus est, celeritas illa locutione indicatur, qua is vel non paratus agere incipiat; si autem ille status is est, ex quo aliquis tandem aliquando emergere velit, illis vocabulis fere idem significari potest quod latine »tandem« vocabulo. Sic Equitum illo loco, quem Meinekius adtulit, insiciarius inde a v. 150 in scaena versatus adparatum suum portat, quem nunc tandem deponere licet, postquam magnum illud munus, quo dignissimus est inventus, suscipere constituit. Sic etiam illo Pluti loco adolescens tandem se depositurum esse coronas, quas usque ferens adparuerat, ᾧς ἔχω verbis significat. Ut vero hoc loco ei vocabulo, quo ut ita dicam totius condicionis summa continetur, demonstrativum pronomen additum est, sic etiam Lys. 376 οὐχ οἰδά σ' εἰ τῇ δ' ᾧς ἔχω τῇ λαμπάδῃ σταθεύσω, cuius loci similitudo spero fore ut etiam ei omnem dubitationem eximat, cui adhuc non persuasimus v. 1089 ex Ravennate ᾧς ἔχω recipiendum esse.*)

^{*)} Mirum est, Aristophanem praeter Eccl. 533 ἀλλ' ᾠσπερ εἶχον φέρειν (cf. Antiph. Com. III p. 114) ubique ᾧς ἔχω scripisse, cum scriptores ᾠσπερ maluerint. cf. Xen. Anab. IV, 1, 19. Cyrop. III, 1, 7.

Qui hoc loco huius codicis auctoritatem vindicavit, Meinekius ib. p. 217 eidem iniuriam intulerat, cum μῶν ἐνεμούθης quod v. 845 μῶν οὖν ἐμούθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα solus Ravennas exhibit ceteris codicibus μῶν οὖν ἐμούθης, Veneto μῶν ἐμούθης praebentibus, graecum esse negaret; sed in Addendis ib. p. VII retractato hoc loco rectissime censuit ἐνεμούθης dictum esse ut in sequenti versu ἐνερπίγωσα sc. ἐν τῷ τριβωνίῳ conlatis ἐναποτίνειν, ἐναποπατεῖν similibus.

Aliis locis Ravennatis auctoritas non minoris sed iusto pluris aestimata est. V. 17 in ceteris codicibus legitur:

καὶ ταῦτ' ἀποχρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ,

in uno Ravennate ἀποχρινομένῳ. Genetivus Thierschio et Bothio probatus est, ceteri Bentleium secuti ἀποχρινόμενος emendaverunt, unus Bergkius ἀποχρινομένῳ recepit. Quem si sequeris, Carionem id querentem habes, male fieri, quod ipse cum ero sequatur caecum hominem insuper nihil respondentem; Bentleius Carionem Chremyli silentium aegre ferentem facit. Illud prorsus absonum esse suspicari, caecum hominem iam ante fabulae initium a Carione interrogatum fuisse, nolenti persuadere non poteris; nam, ut fit, in hac re plurimum ad sensum reddit. At non dubito ego, quin Bentleius veri sensum recte sit secutus, quia versus 18 sq., quibus Cario gravissimis verbis Chremylum interrogat, eiusdem de eiusdem silentio questus excipere admodum est probabile. Neque nullius momenti est similitudo Thesmophoriazusarum exordii, ubi Mnemosilochus non minus queritur, se ab Euripide inde a matutino tempore circumductum esse, et nunc demum ex poeta quaerere audet, in quem finem ducatur. Itaque cum nisi in admodum artificiosa interpretatione, qua ad προσθιάζεται supplendum esse dicere possis αὐτῷ sc. Chremylo ἀκολουθεῖν, ἀποχρινομένῳ non possit ad alium quemquam quam ad caecum hominem referri, Ravennatis lectionem abiciendam esse persuasum habeo. Inter ἀποχρινόμενος vero et ἀποχρινομένου, quae lectio non solum omnium praeter Ravennatem codicum consensu, verum etiam Ammonii de interpret. fol. 78a, 13 ed. Ald. a. 1545 et Suidae s. v. γρῦ testimoniis confirmatur, optio haud facilis est. Constat enim et genetivos absolutos haud raro in locum participii coniuncti succedere, ut participii vis eo augeatur, quod pendere desinat, et pronomen tertiae personae, si non efferendum est ac facile ex totius loci conexu intellegitur, in genetivorum absolutorum constructione saepe omitti. At utrumque solet ea lege fieri, ut genetivi absoluti locum casus obliqui participii coniuncti teneant; pro nominativo videri possunt usurpati esse Xen. Cyrop. VI, 1, 37 ὡς γάρ ὁ θροῦς διῆλθε τῆς ἐμῆς

Thuc. I, 134, 3. II, 4, 6. III, 30, 1. VI, 57, 3. VIII, 41. 3. 42, 1; nam in similitudinibus constanti usu cum scriptoribus consentientem hunc poetam ὠσπερ dixisse indicavi De Rav. et Ven. p. 17. At ad trimetrum plerumque aptius erat ac commodius ὡς ἔχω quam ὠσπερ ἔχω.

συμφορᾶς, οἱ μὲν ἔχθροὶ ἐφῆδονται μοι, οἱ δὲ φίλοι προσιήντες συμβουλεύουσιν ἐκποδῶν ἔχειν ἔματόν, μὴ τι καὶ πάθω ὑπὸ σοῦ, ὡς ἡδικηζότος ἐμοῦ μεγάλα, ubi tamen genetivi absoluti ad enuntiatum primarium, cuius subiectum est οἱ φίλοι, referri possunt. Pro accusativo, qui ad subiectum accusativi cum infinitivo constructi pertineat, genetivi absoluti leguntur Xen. Anab. III, 2, 29 νομίζοντες ὅντων μὲν τῶν ἀρχόντων καὶ ἡμῶν πειθομένων ίκανοὺς εἶναι ἡμᾶς περιγενέσθαι τῷ πολέμῳ et VI, 2, 5 ἐμοὶ οὖν δοκεῖ — καὶ ἐλομένους πρέσθεις αὐτίκι μάλι ἡμῶν καθημένων πέμπειν πρὸς τὴν πόλιν. Apud Thucydidem in oratione recta genetivos absolutos pro nominativo participii coniuncti legimus II, 83, 3 ἐπειδὴ μέντοι ἀντιπαραπλέοντάς τε ἐώρων ἀτούς, παρὰ γῆν σφῶν χομιζομένων, καὶ ἐκ Πατρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἥπειρον διαβαλλόντων ἐπὶ Ἀκαρνανίας κατείδον τοὺς Ἀθηναίους — προσπλέοντας σφίσι τῇλ., III, 13, 6 βοηθησάντων δὲ δμῶν προσθύμως πόλιν τε προσλήψεσθε ναυτικὸν ἔχουσαν μέγα, I, 10, 2 οὕτε ξυνοικισθείσης πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης φάνοιτ' ἀν ὑποδεεστέρᾳ, quanquam ibi Ludovicus Herbst Philol. VI p. 306 ὑποδεεστέρᾳ ad δύναμις refert, quae vox in proximis sequitur, III, 112, 4 προκατειλημένων δὲ τῶν ὁδῶν καὶ ἄμα τῶν μὲν Ἀμφιλύχων ἐμπείρων ὄντων τῆς ἑαυτῶν γῆς καὶ φυλῶν πρὸς ὄπλιτας, τῶν δὲ ἀπείρων καὶ ἀνεπιστημόνων ὅπῃ τράπωνται, ἐσπίπτοντες ἐς τε χωράδρας καὶ τὰς προλεοχισμένας ἐνέδρας διεφθείροντο. Sed vides hos omnes locos ea re a Plut. 17 καὶ μὲν προσβιάζεται καὶ τοῦτ' ἀποκρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ differre, quod subiectum proprium participio additum habent, ita ut ex eorum similitudine id potius concludendum sit Aristophani αὐτοῦ addendum fuisse, nisi participio coniuncto uti maluerit. Duos tantum indagavi Thucydidis locos eos, qui possint comparari cum Aristophanis illo versu. IV, 73, 3 Peloponnesii deliberant: εἰ μὲν γάρ μὴ ὥφθησαν ἐλθόντες, οὐχ ἀν τύχῃ γίγνεσθαι σφίσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἀν ὥσπερ ἡσσηθέντων στερηθῆναι εὖθες τῆς πόλεως, ubi ἡσσηθέντων ad subiectum στερηθῆναι verbi pertinet, et VII, 48, 2 χρημάτων γάρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς (Syracusanos) ἐκτρυχώσειν ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἥδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοχρατούντων, ubi qui θαλασσοχρατοῦσι dicuntur ἐκτρυχώσειν. Hos duos locos fateor id apud me valere, ut quam tenacissime lectionem librorum memoria admodum confirmatam teneam atque legendum censem:

οὗτος δ' ἀκολουθεῖ καὶ μὲν προσβιάζεται,

καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ.

Hi tres loci eo inter se similiores sunt, quod genetivus absolutus comite non caret, sed inducitur primo loco ἀσπερ, altero ἄλλως τε καὶ, tertio καὶ ταῦτα vocabulis. Ad προσβιάζεται supplendum ἀκολουθεῖν τυφλῷ, quod postquam Cario dixit, eri immemor

ad suam condicionem ipsam animadvertis tanquam ὥστε κάμε ἀκολουθεῖν τηφλῷ ἀνδρὶ dixisset pergit: καὶ ταῦτ' ἀποχρινομένου (sc. αὐτοῦ) τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ.

Idem Bergkius a Ravennate deceptus erravit v. 26 δλλ' οῦ σε χρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν χτλ., ubi ceteris codicibus exhibentibus οῦ σε ex uno Ravennate οὐ τις recipit, οῦ τις et οῦ τι pro οὐδεῖς et οὐδὲν a trimetris iambicis et anapaesticis tetrametris Aristophanis aliena esse immemor. Legebatur quidem olim v. 499 οὐτις· ἔγώ σοι τούτου χτλ., sed οὗ τις pessimae notae codicibus debetur, Ravennas et Venetus cum aliis haud paucis: οὐδεῖς· ἔγώ σοι χτλ. exhibent. Itaque praeter Dindorfum in novissima Scenicorum poetarum editione nemo ex editoribus scripsit:

οὐτις· ἔγώ σοι τούτου μάρτυς· μηδὲν ταύτην γ' ἀνεράτα,
sed idem in Oxoniensi cum in Dorvilliano οὐδεῖς ἀν· ἔγώ σοι legi videret, οὐδεῖς ἀν·
ἔγώ τούτου ediderat, quam lectionem et Hemsterhusius, si ulla quicquam mutandi foret
necessitas, se omnibus aliis praelaturum esse adnotavit et Bergkius recepit. Reisigius
Coniect. p. XIX coniciens οὐδεῖς ἀν· ἔγώ τούτου μάρτυς σοι· μὴ ταύτην γ' ἀνεράτα et
versui omnem ademit elegantiam et auctoritatem codicum temere laesit. Meinekius
οὐδεῖς in οὐδέν mutato cetera intacta reliquit, nisi quod in proximo versu:

χαίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τίς ἀν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
in τις vocula acutum gravi mutavit. Cobetus (Hyper. or. fun. p. 38) et ipse οὐδέν·
ἔγώ σοι χτλ. scripsit, in proximo autem versu idem quod Dindorfio teste Bisschopius
ad Xenoph. Anab. p. 94 coniecit: τί ἀν ἐξεύροι τις ἄμεινον; quos Kappeynius secutus
est. Verum ego invenisse mihi videor in censura Meinekii Vindiciarum libri Ztsch.
f. d. Gymn. XX p. 224:

χαίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τί ἀν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
BL. οὐδέν· ἔγώ σοι τούτου μάρτυς· μηδὲν ταύτην γ' ἀνεράτα,
in qua scriptura Chremylus disputationem suam haud aliter hic concludit quam infra
vv. 505. 6:

οὔχουν εἶναι φῆμ', εἰ παύσαι ταύτην βλέψας ποθ' ὁ πλοῦτος,
οὐδὸν ἤντεν' λὰν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἀν μείζω πορίσειεν.

Sic enim hos versus scribendos esse censeo. Priori versui editores nunc consentientes
ex Ravennate βλέψας participium reddiderunt, ceteris codicibus ἦν (Veneto ἀν) βλέψῃ
exhibitibus, qui sine dubio ταῦτ' praebent, cum in Ravennate ταύτην legi suspicari
liceat et a Dindorfio adnotetur; quanquam Thierschius eum ταῦτ' ἦν habere notat.
Itaque ταύτην βλέψας ediderunt Meinekius Dindorfius Kappeynius, Bergkius ταῦτ'
ἀμβλέψας scripsit, quali forma semel Eupolidem Com. II p. 464, Aristophanem vix
unquam usum esse Meinekius Vind. p. 212 animadvertisit. Illic legitur:

ἀμβλεύστοντοςαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλεν

vid. Meinekii adnotationem. Sed homo doctissimus oblitus esse videtur Lys. 384 loci ab ipso sic scripti:

ἄρδω σ' ὅπως ἀμβλαστανεῖς,

cum libri ἀναβλαστάνης exhibeant. Emendatio est Reisigii Coniect. p. 39 probata etiam Bergkio et Engero, nisi quod hi coniunctivum servant; Dindorfius Brunckium ad Plut. 453 secutus ἀν βλαστάνης scripsit. Ὅπως coniunctioni finali cum coniunctivo Aristophanes addere solet ἀν particulam, quam omisit si bene memini duobus locis Vesp. 1525 ὅπως ἰδόντες ἄνω σκέλος ὥζωσιν οἱ θεαταί et Eccl. 117 ὅπως προμελετήσωμεν ἀκεῖ δεῖ λέγειν. Sed ne Meinekii quidem futurum ab usu poetae alienum est, ita ut de hoc loco dubitari possit. Sed utut hoc est Pluto cur hanc formam ἀμβλέψαι donemus nulla causa est; nam rectissime Meinekius Vind. p. 213: «βλέψαι plus semel dixit Aristophanes de Pluto, ubi etiam ἀναβλέψαι dici potuit.» Quod autem ipse l. l. coniecit ταῦτη, ne hac quidem emendatione opus est. Παύω enim, etsi plerumque eius actionis, cui finis imponitur, aliqua significatio additur, interdum tamen etiam personam regit tali significatione omissa ut Equ. 330 δε σε παύσει καὶ πάρεστι et Pac. 921 Ὑπέρβολόν τε παύσαις. Quae cum ita sint, ταῦτην βλέψας verba satis munita puto. Restat παύσαι. Ravennas παύσαι exhibit, Venetus aliisque παύσει. Hoc receperunt Meinekius et Kappeynius, παύσαι Bergkius et Dindorfius. Mihi toti huius loci structurae magis convenire videtur optativus, cuius in αι exeuente formam in Pluto ferri posse cum Meinekio persuasum habeo; quanquam nego Velsenum recte v. 1136 sq. scripsisse:

εἴ μοι πορίσαις ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένου
δοίης τε καταφαγεῖν τι χρέας νεανικόν

pro πορίσαις — δοίης καταφαγεῖν καὶ χρέας v. Symbol. phil. Bonn. I p. 419. Proximo vero versui omnium codicum lectionem ἡγετιν' reddidi, quod Hemsterhusio duce in ἡγετινές mutaverant Bergkius Meinekius Dindorfius Kappeynius.

Ut vero ad propositum redeamus, v. 400 quod Bentleius oὐ τῷ falso coniecerat, hanc lectionem huc non pertinere adparet, cum oὐ a τῷ disiunctum interrogativam vim habeat.*¹) His igitur locis exemptis et Megarensis verbis Ach. 809 exceptis in iambicis trimetris et tetrametris anapaesticis τις indefinitum post oὐ vel μή non invenitur, nisi ubi cum χαιρεῖν verbo coniunctum formulae naturam induit, ut Ach. 563 ἀλλ' οὐ τι χαιρῶν ταῦτα τολμήσει λέγειν ex Bentlei conjectura, ad quem locum Elmsleius adfert Vesp. 186 Οδτις μὰ τὸν Δί' οὐ τι χαιρήσων γε σύ, Ran. 843

*¹) Hac de causa ne οὐ τι που quidem formula interrogativa hic in censum venit, de qua conferre potes Pac. 1211 οὐ τι που λορᾶς et Lys. 354 οὐ τι που πολλαῖ δοκοῦμεν εἶναι et Kockium ad Ran. 522 οὐ τι που σπουδῆν ποιεῖς, et Eccl. 756 οὐ τι μή ιέρωνι τῷ κήρυκι πομπῇ πέμπετε;

ἀλλ' οὕτις τις χαίρων αὐτὸς ἐρεῖς, Soph. O. T. 363 ἀλλ' οὕτις τις χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Poterat etiam Soph. Phil. 1299 ἀλλ' οὕτις τις χαίρων, ην τόδος δρυθωθῆ βέλος ετ Eurip. Or. 1593 ἀλλ' οὕτις τις χαίρων ην γε μὴ φύγεις πτεροῖς. Quibus locis ex Meinekii conjectura (Vind. p. 42) adderem Pac. 316 οὕτις τις χαίρων ἔστιν αὐτὴν δοτικές ἐξαιρήσεται pro οὕτις καὶ νῦν, nisi impedirer similitudine eius loci, quem Dobraeus Adv. II p. 207 conferri iussit Eurip. Heraclid. 976. Τοῦτον δ', ἐπείπερ χείρας ἤλθεν εἰς ἐμάς, οὐχ ἔστι θνητῶν δοτικές ἐξαιρήσεται, cui simillimi sunt Alcest. 848 et Med. 793; quanquam καὶ νῦν corruptum esse non nego.

Cum hoc usu vero is comparandus esse videtur, quo in adfirmativis enuntiatis χαίρειν et λυπεῖν verbis indefinitum adicitur cf. Plut. 61 ἀλλ' εἴ τις χαίρεις ἀνδρὸς εὐήρκου τρόποις, ib. 22 ην λυπής τι με, ib. 142 ὥστε τοῦ Διὸς τὴν δύναμιν, ην λυπή τις, καταλύσεις μόνος, Av. 1253 σὺ δ' εἴ με λυπήσεις τι, τῆς διακόνου κτλ., Lys. 656 εἰ δὲ λυπήσεις τι με.

Quae omnia si animo perpenderis, non poteris Bergkio concedere, ut v. 26 οὕτις τις χρύψω legatur. Neque id voluit Kappeynius, qui tamen Ravennatis variae lectioni aliquid tribuendum esse ratus coniunctis huius ac ceterorum librorum lectionibus οὐχέτι vel οὐ σέγει scribendum proposuit, quarum lectionum alteram ego in Fleckeiseni annalibus 1868 p. 476 sq. improbavi, priorem eandem meam fuisse indicavi, commendatam illam similitudine versus eiusdem fabulae 284 ἀλλ' οὐχέτι ἄν χρύψαιμι. Sed nunc mihi veri similius esse videtur, in uno Ravennate erratum esse et Aristophanem re vera ἀλλ' οὐ σε χρύψω scripsisse; in qua lectione σε pronomen propterea valde mihi placet, quod quae secuntur ad alteram personam pertinent inque eo versantur, ut demonstrent, cur qui adpellatur Cario potissimum fide dignus sit.

Contrario vitio Ravennas laborare videtur v. 1042 *NE. ἀσπάζομαι XPE. σέ φησιν.* *NE.* ἀρχαία φίλη, ubi Bergkius et Meinekius ex Ravennate σέ φησιν receperunt atque Chremylo tribuerunt, ceteri codices et editores τι φησιν; anui dant. Praeterea quod *ἀσπάζομαι* accusativo carere vix posset, Meinekius Vind. p. 221 fortasse *ἀρχαίαν φίλην* scribendum esse coniecit, et adolescentis salutationem ab adolescenti interrumpi fecit. Quod de accusativo *ἀσπάζομαι* verbo addendo homo doctissimus dixit, id videtur verum esse et poterant cum optimo fructu similes hi loci conferri:

Nub. 1145 *Στρεψιάδην ἀσπάζομαι*

Av. 1377 *ἀσπαζόμεσθα φιλύρινον Κινησίαν*

Alex. Com. III p. 460 *ἀσπάζομαι γραῦν σφίγγα,*

ex quibus id intellegitur, huius salutandi formulae hoc fuisse proprium, ut persona salutanda non adpellaretur, sed salutandi verbo obiectum subderetur nomen vel aliqua

significatio eius. De *tí* vero ex Ravennate in *σέ* commutando cogitavit quidem iam Dobraeus, sed ni fallor iure negavit *σέ φῆμι* ex more attico dictum esse pro *σὲ λέγω* cf. 1009 *σέ τοι λέγω*. Itaque *tí φῆσιν*; interrogationem Aristophani anuique servabimus, quae *ἀσπάζομαι* novo verbo (cf. v. 322 sq. Teuffel. ad Nub. 1145) salutantem adolescentem antea simplicem ac ieunum uti est cur miretur.

v. 1033 Meinekius ex Ravennate recepit:

δρθῶς γε· νῦν δέ γ' οὐχέτι σε ζῆν οἴεται,

cum ceteri codices *σε* omittant. Dindorfius scripsit: *νυνδί σ' οὐχέτι ζῆν οἴεται*, Bergkius: *νῦν δέ σ' οὐχέτι ζῆν οἴεται*, quam lectionem etiam Kappeynius recepit. Priores editores fere *νῦν δέ γ' οὐχέτι ζῆν σ' οἴεται*. Videntur igitur omnes hac sententia ducti esse, verbum in hoc enuntiato subiecto carere non posse. Quae sententia si vera est, Meinekius haud dubie laudandus est, qui, quod restituendum erat, auctoritate optimi codicis nixus restituit ceterorum auctoritate non reglecta. Nam dactylus praesertim a tertia arsi incipiens nullam offensionem habet, cf. Ach. 107. Pac. 233. Av. 1226. Thesm. 637 et Plut. 1011, ubi non dubito quin ex Bentlei conjectura omnibus aliis contemptis scribendum sit:

νητάριον ἀν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο

cum anate columba coniuncta ut Pac. 1004, quem locum cum Plauti Asinariae versu 693 (Fleck.) iam Bentleius adulit, Antiph. Com. III p. 145 et Anaxandr. ib. p. 185, et proceleusmatico admisso auctore Godofredo Hermanno Elem. p. 128. Sed etiam in quintam thesin exeuntem vocem dactylicam ferri posse puto v. 942 *καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα*, praeter quem versum per omnes Aristophanis fabulas nullus extat, cuius quarta arsis thesisque quinta efficiantur vocabulo dactylico. Verissime quidem Meinekius Vind. p. 218 sq. dixit, constanti usu Aristophanem *αὐτίκα μάλα* coniungere nulla interposita particula ut Equ. 284. 475. Pac. 367. Lys. 744. Plut. 432. Ran. 785. Thesm. 750, quibus locis addere licet Plut. 347. 1191. Eccl. 21. Equ. 746. Pac. 237. Av. 202. Lys. 739. Sed poetam *δὴ* particula *αὐτίκα* vocis vim intendenti semel usum esse, qua oratores ne ipsi quidem saepe, at locis indubitatis usi sunt (cf. Aesch. Tim. 171 *ἔλπιδων κενῶν ἐμπλήσας ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τῶν ρητόρων πρωτεύουσα*, Dem. XIX, 39 *καὶ τοῦτ' αὐτίκα δὴ μάλα ὑμεῖς ὑψεσθε*, XXV, 29 *εἰ γάρ τις αὐτίκα δὴ μάλα εἴποι*) per se non id est, quod credi nequeat. Quod autem Meinekius voluit: *πρὸς τὰ μέτωπα δῆτ' αὐτίκα μάλα*, non solum propter emendationis violentiam displicet, verum etiam quia *αὐτίκα μάλα* in extremo versu conlocatum uno loco recurrit Plut. 432 *ἄλλ' ἥτις εἰ λέγειν σ' ἔχρην αὐτίκα μάλα*. Nam mihi non probatur Seidleri de vers. dochm. p. 391 conjectura *μάλ'* *αὐτίκα* (cf. Plato Com. II p. 659), quia Aristophanem in talibus formulis usu cotidiano confirmatis nisi,

ut Thesm. 750, aperta necessitate coactum a solito ordine discessisse nego. Sed accedit, quod non intellego, qui de plurali τὰ μέτωπα Meinekius conferre potuerit Lys. 810 et Equ. 643. Altero loco aperte in numeris erratum est ac conciendum cogitasse hominem doctissimum de Equ. 631 καθβλεψε νῦπν χαὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν vel 646 οὐ δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισαν, quo utroque loco de omnium senatorum frontibus vel oribus narratur, ita ut pluralis numerus paene necessarius sit. Priore loco τὰ πρόσωπα Hermanno debetur, codices exhibent τὸ πρόσωπον. Sed fac hunc locum vere emendatum esse, ne is quidem quidquam probat. Oris singulae partes recte significantur plurali numero πρόσωπα vocabuli ac solent poetae pluralem in hac voce praeferre singulari; at frons una est atque expers partium, itaque τὸ μέτωπον, si de singulis hominibus dicitur, pluralem respuere videtur. Quae omnia cum ita sint, hoc unum dactylicae vocis in thesin quintam trimetri iambici exeuntis exemplum tolerandum esse ac propterea tolerari posse mihi videtur, quod ultimae voces arctissime inter se coniunctae uno tenore pronuntiandae sunt. Sed ut ad v. 1033 sero redeamus, ego dubito, num σε ex Ravennate addi opus sit. Chremylus enim verba sua arctissime adplicare solet ad ea, quae anus dicit cf. 1008. 1009. 1017. 1019. 1021, quod etiam hoc loco facit, si ex proximo versu ἀλλ' οὐδέποτε με ζῶσαν ἀπολείψειν ἔφη pronomen cogitando supplendum relinquit.

Iam ex ordine versuum optimi libri lectiones quasdam in censem vocabimus, quibus homines docti ita usi sunt, ut eas codicibus omnibus ne ipso quidem Ravennate excepto invitis acciperent. Id quod factum est v. 22:

μὰ Δι' ἀλλ' ἀφελῶν τὸν στέφανον, ἢν λυπῆς τί με χτλ.

Ad hunc versum Kappeynius van de Coppello adnotavit: »ἀφελῶν τὸν στέφανον. Miror Bergkium per tres suas editiones lectionem vitiosam ἀφελῶν γε στέφανον continuasse.« Res haec est. In omnibus codicibus legitur: μὰ Δι' ἀλλ' ἀφελῶν τὸν στέφανον, in uno Ravennate μὰ Δι' ἀλλ' ἀφελῶν γε τὸν στέφανον. Videtur igitur articulus satis confirmari omnium codicum consensu, γε unius tantum quamvis boni, at saepe vitiosi auctoritate parum defendi. Sed id non erat, quod Bergkio in mentem venit, sed experrectum est hominis sagacissimi emendandi studium, ex quo orta est infelix illa conjectura, quae iure mirum habuit Kappeynum. Nam non solum cum eam coronam Chremylus sublatus sit, quam se habere Cario modo dixerat, articulus στέφανον vocabulo non debet adimi, sed etiam γε post μὰ Δι' ἀλλ' parum convenit Aristophanis dicendi usui, qui post οὐ μὰ Δι' ἀλλ' vel μὰ Δι' ἀλλ' raro in pleno enuntiato γε particulam conlocat ut Pac. 1046. 7 οὐ μὰ Δι' ἀλλ' Ἱεροχλέης οὗτος γέ πού σθ' ὁ χρησμολόγος οὐδὲ Θρεοῦ et Vesp. 680 μὰ Δι' ἀλλὰ παρ' Εὐχαρίστου καντὸς τρεῖς γ' ἀγλίδας μετέπεμψα, ubi vero qui respondet servata eius enuntiati structura, quo

ab altero interrogatus est, partem tantum enuntiati parti opponit, γε constanti usu omittit cf. v. 111 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἀπαξάπαντες, v. 1008 μὰ Δὶ ἀλλὰ τῆς φωνῆς μόνον ἐρῶν ἀκοῦσαι, Equ. 85 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἀχρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος, Nub. 1291 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἵσην, Vesp. 173 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἄμεινον, 297 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἰσχάδας, Pac. 439 μὰ Δὶ ἀλλ᾽ ἐν εἰρήνῃ διαγαγεῖν τὸν βίον.

V. 572 legitur:

ἀτὰρ οὐχ ἡττόν γ' οὐδὲν χλαύσει, μηδὲν ταύτη γε κομῆσῃς

Ravennas pro ἡττον exhibit ἡττονα, Venetus γ' omittit. Etiam hoc loco et Ravennatis varia lectione et suo ingenio abusus esse videtur Bergkius, cum scriberet fortasse legendum esse:

ἀτὰρ οὐχ ἡττονά γ' ἡτταν χλαύσει κτλ.,

quam artificiosam lectionem non vereor ne quis simplici codicum praelaturus sit neque extitit adhuc qui praeferret.

Ad v. 582 ὁ Ζεὺς δέπου πένεται, καὶ τοῦτ' ἥδη φανερῶς σε διδάξω Meinekius in editione adnotat: »ἀποδείξω Porsonus: σε διδάξω libri, at διδάξω R.« Verum est, Ravennatem solum omissa σε exhibere διδάξω, unde tamen vix auxilium peti poterit Porsono. Meinekium, qui ἀποδείξω recepit, Bergkius non secutus est, sed idem fortasse legendum esse adnotavit. Ceteri legunt σε διδάξω, scripturam praeclararam cf. Equ. 779 ὡς δ' οὐχὶ φιλεῖ σ' οὐδὲ ἔστ' εὔνους, τοῦτ' αὐτό σε πρῶτα διδάξω, Nub. 369 μεγάλυις δέ σ' ἐγὼ σημείους αὐτὸ διδάξω, 385 ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω, ubi διδάξω prorsus ex oratorum more dictum est cf. Aesch. Ctesiph. 24 ταῦτ' ἥδη πειράσομαι ὑμᾶς διδάσκειν ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων, ib. 32 καὶ τοῦθ' ὑμᾶς διδάξω, ib. 41 ἐγὼ διδάξω ὑμᾶς προειπών sim.

V. 641 ceteri codices ἀρ' exhibent, Ravennas et Venetus ἀρά γ'. Praeterea solus Ravennas ἀγγέλλεται, ceteri omnes ἀγγελεῖ. Inde Meinekius Kappeynius Dindorfius ἀρ' ἀγγέλλεται, Thierschius ἀρά γ' ἀγγελεῖ, Bergkius ἀρ' ἀπαγγελεῖ. Ravennatis et Veneti communis lectio servari potest, si quod ab omnibus praeter Ravennatem codicibus ne Veneto quidem excepto nobis obfertur ἀγγελεῖ futuro accepto cum Thierschio scribimus:

*τίς ἡ βοή ποτ' ἔστιν; ἀρά γ' ἀγγελεῖ
χρηστόν τι;*

Hanc scripturam ego non cum Thierschio sic interpretor, ut βοή sed ut Carionem ἀγγελεῖ verbi subiectum esse dicam; nimur era, quae statim addit se iamdudum in domo sedentem Carionem expectare, huius usque memor de eo loquitur nomine omisso. Ἀγγέλλεται minus placet. Clamor enim cum extiterit necesse sit post nuntium adlatum, mulieri si quidem debet passivo uti aut dicendum esse videtur: ἀρ' ἀγγελεῖ; aut se

cui idem nuntius futurum erat ut adferretur respicienti ἀρ' ἀγγελθήσεται; Quod si cui argutius disputatum esse videatur, respondeo, me his argutiis non coniecturam, sed lectionem omnium librorum manu scriptorum defendere uno excepto, in quo quamvis egregio tamen saepissime erratum esse et consentaneum et compertum est. Unum tamen in dubio relinquō, utrum ἀρύ γ' ἀγγελεῖ, quae verba per se offensione carent, tenenda an ex Bergkii coniectura in ἀρ' ἀπαγγελεῖ commutanda sint; nam hoc verbo composito vix ullum huic loco aptius inveniri poterit.

V. 653 ὡς γὰρ τάχιστ' ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεὸν Ravennas Dindorfio impo-suit, qui in novissima Scenicorum poetarum editione ad hunc versum, ubi Ravennas ἀφικόμεσθα et cum ceteris πρὸς τὸν θεόν exhibet, horum codicum communi lectione contempta pro vulgato ἀφικόμεσθα ἀφικόμεσθα ac deinde ὡς pro πρὸς scribendum esse adnotavit; cuius emendationis neque necessitatem neque rationem ullam esse demon-strare non opus est.

V. 702 legerunt quidem omnes editores: ὁ πηρυσθρίασε χῇ Πανάκει' ἀπεστράφη, sed cum Ravennas aliique nonnulli codices, quorum auctoritas minima est, ὁ περυσθρίασε exhibeant, Bergkius primus coniecit ὁ περυρυσθρίασε, quam coniecturam et Meinekius Vind. p. 214 probavit et Kappeynius »valde plausibile« dixit. Ego aliter sentio. Ut enim silentio praetermittam, eleganter mihi videri Aristophanem Aesculapii filiam suberubescensem facere, quam erubescendo modum superare veri vix simile erat, etsi ὁ περυρυσθρίασε nusquam alibi usu venit, tamen ὁ περυρυσθρός Plat. Rep. X 617 A et Thuc. II, 49, 5 legitur, cum neque ὁ περερυσθρίασε neque ὁ περέρυσθρός usquam inveniatur. Sed fateor ne hoc quidem me pressurum esse, si in Ravennate libro hoc ipsum ὁ περερυσθρίασε legeretur; nunc autem ut hoc efficiatur, non solum ceterorum librorum sed etiam ipsius Ravennatis lectio immutanda est.

Non felicior Bergkii crisis fuit v. 823 ἔπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον, ἵνα πρὸς τὸν θεὸν ἰωμεν, ubi cum Ravennatem ἔπου δὲ μετ' ἐμοῦ παιδάριον κτλ. exhibere videret, post παιδάριον plenius interpungendum, ἵνα, quam particulam omnium librorum consensus satis tueri videtur, expellendum, δὲ recipiendum esse coniecit. Meinekius Vind. p. 216 rectissime hanc lectionem probari posse negavit, nisi versum excidisse statueretur. Sed accedit quod Aristophanis dicendi usui nihil magis convenit quam ἵνα illud a Bergkio praeter omnem necessitatem expulsum. Solet enim in his comoediis is qui iubet vel adhortatur addito ad imperativum enuntiatio finali ab ἵνα plerumque coniunctione incipiente aperire, quid illo iussu perpetrato vel alter agere iubeatur vel ille ipse solus vel cum altero acturus sit. Sic supra v. 644 ταχέως ταχέως φέρ' οἶνον, ὃ δέσποιν', ἵνα καῦτὴ πίγη, Equ. 746 sq. καὶ μὴν ποιήσας αὐτίκα μάλ' ἐκκλησίαν ὃ Δῆμ' ἵν' εἰδῆς ὁπότερος νῷν ἔστι σοι εὐνούστερος διάκρινον, ἵνα τοῦτον

φυλῆς, Nub. 237 ἵθι νυν κατάβηθ' ὁ Σωκρατίδιον ὡς ἐμέ, ἵνα με διδάξῃς ὅνπερ οὖνεκ' ἐλήλυθα, Av. 685 sq. ἄγε δὴ — πρόσχετε τὸν νοῦν — ἵν' ἀκούσαντες — Προδίκω κλάειν εἰπῆτε τὸ λοιπόν, Eccl. 1175 εἴτα κόνισαι λαβῶν λέκιθον, ἵν' ἐπιδειπνῆς sim. Plut. 958 νὰ δ' εἰσίωμεν, ἵνα προσεύξῃ τὸν θεόν, Ach. 245 ὁ μῆτερ ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτήρυσιν, ἵν' ἔτνος καταγέω τοῦλατῆρος τουτού, 585 τῆς κεφαλῆς νῦν μου λαβοῦ ἵν' ἐξεμέσω, 927 δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας φέρω cf. ib. 1007. 1061. 1068. Equ. 96. 118. 1227. Nub. 18. 478. Vesp. 1361. Av. 92. 1647. Lys. 1242. Thesm. 236. 763. 1115. 1183. Ran. 297. 1210. Postremo Ach. 244 κατάδον τὸ κανοῦν ὁ θύγατερ ἵν' ἀπαρξώμεθα et Equ. 8 δεῦρο νυν πρόσελθ' ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νύμον, qui loci tam similes sunt Plut. 823, ut Bergkio ἵνα delenti fortissime repugnandum esse mihi certissimum sit. Asyndeton quod hic homo doctissimus voluit non memini, cuius alias loci similitudine defendi possit quam Nub. 860 ἀλλ' ἵθι βάδις· ἵωμεν, ubi si finis adderetur, ad quem eundum sit, ego non dubitarem ante ἵωμεν inserere ἵν'; nunc asyndeton ferri posse puto. Ceterum verbo monendum est, ἵνα in his enuntiatis finalibus imperativum excipientibus longe usitatissimum esse; δπως cum indicativo futuri legitur Pac. 431 sq. ἄγε δὴ σὺ ταχέως ὑπεχε τὴν φιάλην, δπως ἔργῳ φιάλοιμεν εὐξάμενοι τοῖσιν θεοῖς, δπως ἀν cum coniunctivo Nub. 937 et Eccl. 732, ὡς ἀν cum coniunctivo Thesm. 601, omisso ἀν in melico carmine Lys. 1265. Quae cum ita sint satis mihi probatur quod Porsonus et Dobraelius Thesm. 285 coniecerunt, ubi cum in codicibus legatur τὸ πόπανον, δπως λαβοῦσα θύσα ταῖν θεαῖν pro δπως ἵνα restituendum duxerunt.

v. 1044 codices plerique exhibent:

τάλαιν' ἔγω τῆς ὑβρεως ἡς ὑβρίζομαι.

Ὕβρις legitur in Cant. 1 et in Monac. c. Pro ἔγω Ravennas ἔγωγε, pro ὑβρίζομαι Venetus αἰσχύνομαι. Editores omnes ὑβρεος scripserunt, sed dubitavit de hac sciptura primus nisi fallor Hermannus ad Nub. 1076, qui illam genetivi formam in melicis quidem carminibus apud Aristophanem ferri posse ut Vesp. 1282 ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν et 1457 τὸ γάρ ἀποστῆναι χαλεπὸν φύσεος, ἢν ἔχοι τις δεῖ, in trimetro autem iambico intolerabilem esse censebat. Proposuit igitur:

τάλαιν' ἔγωγ' ἡς τῆσδ' ὑβρεως ὑβρίζομαι.

Cui conjecturae alii homines doctissimi alias addiderunt, Bergkius:

τάλαιν' ἔγωγε τῆς ὑβρεως· ὑβρίζομαι

Meinekius Vind. p. 221:

τάλαιν' ἔγωγε τῆς ὑβρεως· αἰσχύνομαι

Kappeynius:

τάλαιν' ἔγω τῆς σῆς ὑβρεως· αἰσχύνομαι.

Vides igitur Meinekium et Kappeynium Venetum secutos contra omnium ceterorum librorum consensum *αἰσχύνομαι* probasse, quod verbum uterque interpretatus est: »pudet me tui.« At tempori rebusque nihil magis quam *ὑβρίζομαι* convenire ac iure Velsenus Philol. XXIV p. 149 *αἰσχύνομαι* verbum, quod iusta vi caret, ex glossa marginali ortum esse coniecissee videtur. *Ὑβρίζομαι* autem optime in codicum lectione per relativum pronomen ad proxima adnexum est, cum asyndeton hoc loco a meo quidem sensu quam maxime abhorreat. Sed quod Hermanni Bergkii Meinekii coniecturas evertit, hoc est. Ravennatis scripturae τάλαιν' ἔγωγε τῆς ὑβρεως postquam Dobraeus Adv. II p. 333 Alexidis ap. Athen. XI p. 481 F (Com. III p. 422) fragmentum ita restituit, ut nunc legatur ὡ τάλαιν' ἔγώ χακῶν, ex tota comoedia attica non novi quem locum comparare possim praeter Menandri Com. IV p. 244 nr. 35 οἴμοι τάλας ἔγωγε· ποῦ ποθ' αἱ φρένες κτλ. Sed hic τάλας ἔγωγε dictum est pro τάλας εἰμί, cum illo Pluti loco exclamationis luculentissimum signum genetivus subsequatur. Itaque par est τάλαιν' ἔγώ τῆς ὑβρεως dici ex similitudine illius Alexidis et horum locorum: Lys. 735 τάλαιν' ἔγώ τάλαινα τῆς ἀμοργίδος ἦν ἄλοπον οἵκοι χαταλέοιφ' et Ach. 1210 τάλας ἔγώ ξυμβολῆς βαρεῖας, quibus Aristophanis locis addo Euripidis Androm. 1179 ὡ σχέτλιος παθέων ἔγώ cf. Ar. Thesm. 559 τάλαιν' ἔγώ· φλυαρεῖ, 690 τάλαιν' ἔγώ τάλαινα, καὶ τὸ παιδίον ἐξαρπάσας μοι φροῦδος ἀπὸ τοῦ τιτθίου, 695 ὡ τάλαιν' ἔγώ. γυναῖκες ωκέα δρῆσετ'; 1038 ὡ τάλας ἔγώ τάλας, Theognet. Com. IV p. 549. v. 5 sq. ὡ τάλας ἔγώ, οἴω μ' δ δαίμων φιλοσόφῳ συνψήσεν. Quae cum ita sint, nihil relicuum est nisi ut scribamus cum editoribus:

τάλαιν' ἔγώ τῆς ὑβρεος ἵς ὑβρίζομαι.

Credendum igitur est et auctoritati codicum et nostro iudicio Aristophanem ut in melicis carminibus sic etiam in hoc trimetro iambico hanc genetivi in — eos formam admodum commodam admisisse, qua bis Eubulus usus est in paucis illis trimetris, qui nobis servati sunt, Com. III p. 288 πασῶν διώκειν ὑβρεος, οὐ πόθου χάριν et p. 263 τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν, ἵς εἶλον τότε.

Sat multis locis homines doctissimos Ravennatis auctoritate abusos esse demonstratum est; restat ut duobus locis ipse me redarguam. Namque v. 258 cum apud Thierschium Ravennatem ἔστιν omittere adnotatum invenissem pro vulgata lectione:

ώς εἰκός ἔστιν δοθενεῖς γέρουντας ἄνδρας ἥδη

aliam emendandi viam ac Meinekius, qui δυτας ἥδη scripsit (cf. Vind. p. 210), ingressus scribendum proposui:

ώς εἰκός δυτας δοθενεῖς γέρουντας ἄνδρας ἥδη

vid. De Rav. et Ven. p. 35 sq. et Goett. gel. Anz. 1866 p. 158, ubi quae scripsi eis nunc nihil habeo, quod addam; quod opponam, habeo. Geminum enim locum inveni

Xen. Anab. VII, 4, 21 τῇ οὖν ὑστεραίᾳ παραδίδωσιν δὲ Σεύθης τοὺς δημήρους, πρεσβυτέρους ἄνδρας ἥδη, τοὺς χρατίστους, ὡς ἔφασαν, τῶν δρειῶν κτλ. Ἡδη addunt Breitenbachii codices CBAE. ἄνδρας in E omissum est, unde Breitenbachius Meinekiana crisi usus pro ἄνδρας fortasse ὄντας legendum esse coniecit. Utroque igitur loco, quod solum Meinekio mihiique offensioni erat, ἥδη sine participio substantivo additum est. Itaque missa illa arte, qua ex una vocula in Ravennate forte fortuna omissa novam lectionem contra ceteros libros omnes eruere conatus sum, spreto vero etiam Meinekii invento in fundamento etiam infirmiore posito nunc vulgatam lectionem probo.

Etiam v. 1122 ισχάδας, δο' εἰκός ἐστιν Ἐρμῆν ἐσθίειν pro Iunone nubem amplexus sum, cum De Rav. et Ven. p. 37 lectionis a me propositae ισχάδια τὰλλα δο' δο' εἰκός Ἐρμῆν ἐσθίειν vestigia inesse opinarer in Ravennatis lectione ισχάδας δο' Δες εἰκός. Vides me ἐστιν copulam, quae in omnibus codicibus extat, ultro expulisse, ισχάδας proprio Marte in ισχάδια commutavisse, τὰλλα ex mera conjectura addidisse, unam denique δο' particulam ex optimo libro hausisse, qualis emendandi generis nunc quidquam probabilitatis esse praefracte nego. Obstat vero etiam metrica difficultas. Nam bisyllaba thesis ultima syllaba trochaici vocabuli cum monosyllabo coniuncta ut omnino raro, ita nunquam efficitur in tertia trimetri sede. Cuius modi observationi in scriptura a codicibus satis firma aliisque criminis experti fortasse non ita multum tribuerem, in conjectura omnia tribuo. Quare nihil certius duco quam erravisse Kappeynium van de Coppello, cum v. 1180 scriberet:

Ἐθνεῖν δὲν ιερεῖδν τι σωθεῖς, δέ τις ἀν κτλ.

Codices enim ἐθνεῖν ιερεῖον κτλ. exhibent neque ego intellego, quae homo doctissimus adnotavit: »Ita corrigendum esse ἐθνεῖν probant quae sequuntur.« Aoristus nullam habet offensionem cf. v. 979 ἐγὼ δο' ἐκείνῳ πάντ' ἀν ἀνθυπηρέτους, sed deinde v. 982 ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἀν γῆτησ' εἴκοσιν et v. 985 ἐχέλευσεν ἀν et v. 986 ἀν ἐδεήδη. Itaque neque bisyllabae theseos genus illud parum usitatum neque procelesmaticus Aristophani obtrudendus est. De θύω verbi priore syllaba producta vide Mein. Com. IV p. 547. Sed ut ad meum redeam errorem, sine dubio τὰλλα δο' restituens restitui dicendi genus cum aliis tum Aristophani usitatissimum, ita ut a sermonis ratione nihil possit vituperari, si quis audacius quam verius scribere malit ισχάδας voce expulsa: καὶ τὰλλ' δο' εἰκός ἐστιν Ἐρμῆν ἐσθίειν. At inveni duos locos, qui cum vulgata huius versus scriptura conferri possunt, unum Aristophanis Lys. 1189 στρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ χλανιδίων καὶ ἵνωτίδων καὶ χρυσίων, δο' ἐστί μοι, alterum Antiphonis Com. III p. 111 ἀγχειν φονεύειν μαρτυρεῖν, δο' ἀν μόνον τίχη τις εἰκών, ταῦτ' ἀπροσκέπτως ποιεῖν ἀπαντα.

Etiam de eis variis lectionibus, quas Venetus exhibet, ab editoribus interdum

falso iudicatum est, praesertim cum eas ut emendandi opportunitatem nanciscerentur, iusto pluris aestimarent. Id quod v. 1044 factum esse supra vidimus. Cum Bergkio me erravisse cum De Rav. et Ven. p. 11 Veneti lectionem μεγάλοισι νὴ Δία pro μεγάλοις δχουμένην v. 1013 reponendam esse iudicarem, Meinekio, cui Vind. p. 221 partcipium necessarium visum est, et Velseno, qui Philol. XXIV p. 149 νὴ Δία ex ultima participii syllaba ortum esse et reliquam eius partem expulisse coniecit, lubentissime nunc concedo. v. 205, ubi haec leguntur:

οὐκ εἶχεν ἐξ τὴν οἰκίαν οὐδὲν λαβεῖν,

Hirschigius Philol. V p. 280 haesit in contorta verborum conlocatione, qua ἔσθνις ab ἐξ τὴν οἰκίαν et οὐκ εἶχεν ab οὐδὲν disiuncta sunt, et scribendum esse coniecit: οὐκ εἶχεν ἐξ τῆς οἰκίας οὐδὲν λαβεῖν, quam emendationem iam a Bothio editam post illum Kappeynius van de Coppelio popularis sui immemor tanquam suam proposuit. Meinekius Vind. p. 209 cum et ipse in memorabili illa verborum trajectione haereret et Venetum pro λαβεῖν exhibere legeret λαμβάνειν verbis transpositis scripsit:

ἐξ οἰκίαν οὐκ εἶχεν οὐδὲν λαμβάνειν.

Is autem novam adiecit causam, cur lectionem codicum improbat. Etenim articulum quoque offensioni esse, quem ita tolli posse addit, ut scribatur ἐξ τινὸς οἰκίαν. His coniecturis opus esse nego in codicum scriptura Aristophane non indigna, qui interdum mira verborum conlocatione usus est, ut. Pac. 77 ὅπως πετήσει μ' εὐθὺν τοῦ Διὸς λαβῶν cf. Kock. ad Av. 95, ib. 111 ὁ πατὴρ ἀπολιπὼν ἀπέρχεται δῆμᾶς ἐρήμους ἐξ τὸν οὐρανόν, Plut. 119 ὁ Ζεὺς μὲν οὖν δεδιώς τὰ τούτων μῶρος ἔμ' εἰ πύθοιτ' ἀν ἐπιτρίψει; sic enim hunc locum scribendum esse conieci in Fleckeiseni annalibus a. 1867 p. 403. Articulus autem quid velit ex v. 207 εἰτ' ἀνόμιασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν adpareat; nam Pluto fur timiditatem reprobrare non potuisset, nisi illum domus illius caute clausae dominum habuisset. Itaque Plutus se v. 205 non de aliqua, sed de ea domo narrare, in qua ipse habitaverit, articulo addito optime indicat. Quid autem de toto versu iudicandum sit, infra videbimus.

v. 245 legi solebat:

μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πάποτε.

Sic Ravennas, Venetus exhibit μ. γ. ἀνδρὸς ἐπέτυχες οὐδεπάποτε, Monac. Cant. 3. 4. Bar. 2. Ask. pro ἐπέτυχες ἔτυχες praebentes in ceteris cum Ravennate congruunt. Primus dubitationem movit Bergkius, qui fortasse ἔτυχες οὐδεπάποτε scribendum esse adnotavit; deinde in Vindiciarum libro p. 210 Meinekius vel hoc vel μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐχ ἔτυχες οὐπάποτε propter deteriorum illorum codicum variam lectionem probabilius esse indicavit quam quod ibidem primo loco scribendum proposuit μετρίου γὰρ οὐκ ἐπέτυχες οὐδεπάποτε, neuter tamen aperuit, quid in Ra-

vennatis scriptura notari posset. Recepit Bergkii conjecturam Kappeynius van de Coppelio in adnotatione critica de τυγχάνειν conferri iubens vs. 636 et laudans Cobeti disputationem Nov. Lect. p. 200 sq. Sed quae illic leguntur, a Bergkii lectione non minus differunt quam quae apud Cobetum congesta sunt huius verbi exempla. Ubique enim certa persona qualem se τυγχάνειν verbi subiecto praebeat quaeritur; cuius personae nota plerumque addita est ut Plut. 636 Ἀσκληπιοῦ παῶνος εὐμενοῦς τυχάν, Eurip. Hel. 1300 ἡμῶν τυγχάνων οἶνα σε χρή, Soph. O. C. 1482 ἐναισίου δὲ σοῦ τύχοιμι (legebatur συντύχοιμι), Eurip. Alcest. 559 αὐτὸς δ' ἀρίστου τοῦ δε τυγχάνω ξένου, Troad. 739 αὐτὴ τ' Ἀχαιῶν πρευμενεστέρων τύχοις, Lys. 24, 23 διὰ τί γάρ ἀν καὶ τύχοιμι τοιούτων ὑμῶν; 18, 23 οἶνα ὑμῶν ἐν τοῖς κινδύνοις τεύξονται; Andoc. 3, 21 ποίων τινῶν Λακεδαιμονίων τυγχάνοντας; 4, 2 προσθύμων μὲν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὑμῶν τυγχάνων, Xen. Anab. V, 5, 15 ἔρωτάτε δὲ αὐτοὺς ὅποιαν τινῶν ὑμῶν ἔτυχον. Quibus exemplis dubito cum Cobeto addere Lys. 24, 26, ubi ὁμοίως adverbio lenissime immutato legendum esse suspicatus est: μὴ τοίνυν, ὡς βουλή, μηδέν ἡμαρτηκάς ὁμοίων ὑμῶν τύχοιμι τοῖς πολλὰ ἡδικηόσιν; in proxima autem paragrapho verba ἔγώ δὲ τούτων ὑμῶν τυχάν ἔξω τὴν χάριν sana esse persuasum habeo. Pertinere huc etiam Soph. Phil. 320 συντυχῶν κακῶν ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ' Ὄδυσσέως βίας verissime intellexit Cobetus, cui non credo Eurip. Or. 701 τύχοις ἀν αὐτοῦ ῥᾳδίως δον θέλεις ultima verba corrigenda esse in οἷον θέλεις neque in Euripidis fragmento apud Stobaeum floril. LXIII, 1 (Nauck. frgm. p. 295. Aeol. 26) τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἡνίκ' ἔστιν εὐμενής a librariis ἔστιν cum εἰσιν commutatum esse. Ille enim locus defenditur eius similitudine, quem ipse Cobetus adulit Eurip. Iph. Aul. 995 η μὴ παρούσης ταῦτα τεύξομαι σέθεν (Nauckius: εἰ δ' οὐ παρούσης ταῦτα τεύξομαι σέθεν; libri ίδού. Ή μὴ de suo Musurus) aliorumque ut Soph. Phil. 1315 ὡν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι, Eurip. Alcest. 686 & δ' ἡμῶν χρῆν σε τυγχάνειν ἔχεις, Med. 259 τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι, 338 οὐ τοῦθ' ίκέτευσα σοῦ τυχεῖν, altero loco videntur in αὐτῆς amoris et Veneris notiones coniunctae esse et ad illam τύχοιμι, ad hanc aptum esse ἡνίκ' ἔστιν εὐμενής. Dixi supra eius personae, quae qualem se τυγχάνειν verbi subiecto praeberet, quaeretur, plerumque additum esse nomen vel notam; omissa est omnis eius significatio Eurip. Androm. 742 θυμούμενος δὲ τεύξεται θυμουμένων et Lys. 12, 77 δνειδίζων δὲ τοῖς τῆς πολιτείας μετέχουσιν δτι πάντων τῶν πεπραγμένων τοῖς εἰργμένοις τρόποις ὑπ' ἔμοι αὐτὸς αὔτιος τεγενημένος τοιωτῶν τυγχάνοι, ubi tamen quod omissum est cogitando supplere haud magna opera est nec debebat Cobetus Lysiae αὐτῶν invito obtrudere. Hos locos omnes a Cobeto l. l. congestos adscripsi, ut intellegas quam non sint similares ei, quem Kappeynius eorum similitudine tueri volebat. Sed etsi tres quattuorve locos adulteris Pluti versui, qualem Bergkius voluit, similiores — ac videntur conferri posse

Eurip. Bacch. 618 ἀλλὰ πᾶς ἡλευθερώθης ἀνδρὸς ἀνοσίου τυχόν et Lys. 2, 5 τυχοῦσαι δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν — non patiar tamen Ravennatis lectionem ita immutari, ut ἐπέτυχε et hoc codice et Veneto nobis tradita praepositione privetur. Hoc enim verbo composito vix potest ullum huic loco aptius esse, quod constat cum genetivo coniunctum esse »favente fortuna in aliiquid incidere« vel »nancisci aliiquid« cum ἐπιτυχάνειν cum dativo nihil nisi occurrere significet. Sic Thucyd. III, 3, 4 τοῖς δὲ Μυτιληναῖος ἀνήρ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν διαβάς ἐς Εὔβοιαν καὶ πεζῇ ἐπὶ Γεραιστὸν ἐλθὼν ὥλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχὼν πλεῷ χρησάμενος καὶ τριταῖς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἐς Μυτιλήνην ἀφεύμενος ἀγγέλλει τὸν ἐπέπλον et VII, 25, 2 αἱ δ' ἔνδεκα νῆσες πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν πυνθανόμεναι πλοῦτα τοῖς Ἀθηναῖοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων ἐπιτυχοῦσαι τὰ πολλὰ διέφεραν κτλ., ad quos locos Kruegerus eum versum, de quo agitur, et Plat. Phileb. 61 D conferri iussit, ubi legitur: ἀρα πᾶσιν ἡδονὴν πάσῃ φρονήσει μηγνύντες τοῦ καλῶς ἀν μάλιστα ἐπιτύχοιμεν; Quae cum ita sint neque μετρίου γάρ ἀνδρὸς οὐκ ἐτυχεὶς οὐπάποτε neque μετρίου γάρ ἀνδρὸς ἐτυχεὶς οὐδεπάποτε scribi potest. Quod autem primo loco Meinekius coniecerat propterea mihi non probatur, quia De Rav. et Ven. p. 15 demonstrasse mihi videor, Aristophani ἀνήρ adiectivo quasi fulcro additum in deliciis fuisse. Ut igitur longae disputationi finem imponam, Aristophanes dubitari nequit quin scripserit, quod Ravennas tradidit; quam sententiam brevius iam anno 1866 Goett. gel. Anz. p. 156 indicavi.

Post decem versus haec leguntur:

ἴτ' ἐγκονεῖτε σπεύδεθ', ὡς δὲ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν.

In Ravennate ὁ articulus omissus, in Veneto pro ὡς δὲ scriptum est οὐ γάρ. Saepius quam sit periculosum uni codici obsequentem omnes ne hoc quidem excepto corrigere experti, dummodo fieri possit, evitabimus Meinekii rationem, qui Vind. p. 210 scribendum proposuit: οὐ γάρ καιρὸς ἔστι μέλλειν, quod omnes codices exhibent οὐχὶ in ἔστι commutato, atque abstinebimus talibus emendationibus, qualis mihi in mentem venit, cum suspicarer σπεύδεθ' glossema adiectum esse ad ἐγκονεῖτε et in locum successisse rarioris adverbii velut βλαχιῶς, Aristophanem autem scripsisse:

ἴτ' ἐγκονεῖτε· βλαχιῶς γάρ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν.

Quam conjecturam exornare possum conlatis v. 324 sq. ἀσπάζομαι δ' ὅτι προθύμως ἤκετε καὶ συντεταμένως κοῦ χατεβλαχευμένως, qui locus videri possit ad illam scripturam respicere, et Av. 1323 ὡς βλαχιῶς διακονεῖς; οὐθὲν ἐγκονήσεις; et antiquitatis speciem ex Antiatticistae in Bekkeri Anecd. I p. 84, 4 testimonio addere, qui haec scribit βλάξ, βλαχεῖν, βλαχεύεσθαι καὶ βλάχες καὶ βλαχιῶς: Πλάτων Γοργία, δὲ αὐτὸς Εὐθύδημος, Ἀριστοφάνης Πλούτων. Possim etiam id adferre in lectione vulgata parum eleganter ἐγκονεῖτε verbum gravius excipi σπεύδεθ' verbo leviore atque rectum ordinem extare apud Sophoclem Ai. 811 χωρῶμεν ἐγκονῶμεν et apud

Euripidem Hec. 507 σπείδωμεν ἀγκυνῶμεν. Vides quām facile sit exornare vel futi-
lissimam conjecturam; nam futilem hanc conjecturam meam dico, quam ideo comme-
moro, ne Heimsoethiis nimis videar iejunus sublimiorisque conjectandi generis prorsus
imperitus. Sed nihil omnino Meinekium ad conjectandi periculum compulisse videtur,
nisi quod articulus in Ravennate omissus ferri non posset. Quod secus esse non so-
lum Thesm. 661 μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρὸς ἔστι μὴ μέλλειν ἔτι, qui locus Meinekii
emendandi studio fortissime repugnavit, verum etiam Soph. Oed. R. 1050 σημήναθ³ ὡς
ὁ καιρὸς εὐρῆσθαι τάδε luculenter docet, quem locum Kappeynius iure vulgatae lec-
tioni auxilio esse voluit. Est haec structura insolita, sed tribus locis satis confirmata,
quos sic interpretor ut eos referam ad haec enuntiata: ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ (τοιοῦτος
οἵσις) μέλλειν, ὡς ὁ καιρὸς ἔστι (τοιοῦτος οἵσις) μὴ μέλλειν ἔτι, ὡς ὁ καιρὸς (τοιοῦτος
οἵσις) εἰρῆσθαι τάδε, vide etiam Krueger. Gramm. I § 50, 6, 5. Quod cum ita sit
neque cum Meinekio, quod ibidem proposuit, μέλλει scripserim neque ut in censura
libri eius Goett. gel. Anz. 1866 p. 158 ego volui: ὅμιν καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, sed acquie-
scendum esse in deteriorum codicum scriptura persuasum habeo.

v. 1190 solus Bergkius ex uno Veneto scripsit:

δ Ζεὺς δ σωτῆρ γὰρ πάρεστιν ἐνθαδί¹
αὐτόματος ἐλθών

cum omnes ceteri codices ἥχων exhibeant, in quo participio nihil est, quod possit
reprehendi, v. 1078 vero cum Meinekio et Kappeynio Veneto obsecutus scripsit:

οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτ' ἐπέτρεψ' ἐγὼ ποιεῖν
ceteris codicibus pro ἐπέτρεψ' ἐγὼ exhibentibus ἐπέτρεπον. At dubitari nequit, quin
τοῦτο id sit quod proximo versu significatur: νῦν δ' ἀπιθε καίρων συλλαβῶν τὴν μετ-
ραχα; etenim adolescens negat se alii concessurum esse, ut mulierem dilectam a se
abducat. Id si Chremylo iam concessisset, recte nunc dicturus esset: οὐδὲ δν — ἐπέ-
τρεψ' ἐγὼ ποιεῖν; nunc vero recte dicit: οὐδὲ δν — ἐπέτρεπον ποιεῖν. Quae verba ut
trimetro apta essent, iam Brunckius τοῦτό γ' ἐπέτρεπον scripsit et adsensum tulit
Reisigii (Coniect. p. 101), Porsoni (ad Eurip. Hecub. p. 94), Dindorfii. Quibus ho-
minibus doctissimis et ipse adsentirer, nisi pro certo haberem Aristophanem scripsisse:
οὐδὲ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτ' ἐπέτρεπον ἄν ποιεῖν.

Quibus enim vocabulis δν particulam adnectere amat, eis postquam addidit par-
ticulam eandem etiam verbo vel alii vocabulo, quod efferendum videtur, haud raro
adiungit. Sic post interrogativum adverbium vel pronomen Equ. 17 πῶς δν οὖν ποτε
εἴποιμ² δν, Lys. 191 τίς δν οὖν γένοιτ³ δν δρκος, Pac. 68 πῶς δν ποτ' ἀφικοι-
μην δν εὐθὺ τῷ Διός, Αν. 829 καὶ πῶς δν ἔτι γένοιτ³ δν εὐταχτος πόλις; post
aliud adverbium Lys. 147 μᾶλλον δν διὰ τουτογ⁴ γένοιτ³ δν εἰρήνη; Ran. 572 ὡς
ἡδέως δν σου λίθῳ τοὺς γομφίους κόπτοιμ⁵ δν, Vespr. 510 ἡδίον δν δικίδιον σμ-

χρὸν φάγοιμ' ἀν et post negationem ἀν vel aliquod vocabulum, cuius vis intendenda est, excipit ut Ran. 581 οὐκ ἀν γενοίμην Ἡρακλῆς ἄν, Eccl. 118 οὐκ ἀν φθάνοις τὸ γένειον ἀν περιδουμένη, Nub. 1056 οὐδέποτ' ἀν ἐποίει — ἀγορητὴν ἀν et inverso ordine Av. 1147 τί δῆτα πόδες ἀν οὐκ ἀν ἔργασαιατο et Lys. 361 φωνὴν ἀν οὐκ ἀν εἶχεν, vel verbum excipit: Ach. 709 οὐδ' ἀν αὐτὴν τὴν Ἀχαίαν βαδίας ἡνέσχετ' ἄν, Lys. 3 οὐδ' ἀν διελθεῖν ἦν ἀν ὅπε τῶν τυμπάνων, Vesp. 508 ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἀν δρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν, 927 οὐ γὰρ ἀν ποτε τρέφειν δύναετ' ἀν μία λίχην κλέπτα δύο, Pac. 321 οὐ γὰρ ἀν χαίροντες ἡμεῖς τήμερον παυσαίμεθ' ἄν. Itaque et Porsonus Anaxilao ap. Athen. X p. 246 c (com. III p. 351) οὐ γὰρ ἀν ποτε ἔπινον ἀν τρὶς ὅδατος post ἔπινον et ego Plut. 1078 Aristophani post ἐπέτρεπον ἀν particula addita suum reddidisse mihi videmur.

Etiam v. 516 ην ἐξῆς ζῆν ἀργοῖς ὑμῖν τούτων πάντων ἀμελοῦσιν Bergkius Veneti varia lectione abusus esse videtur. Is enim cum post δμῖν insertum habeat οὖσιν, homo doctissimus ην ἐξῆς ζῆν ἀργοῖς οὖσιν τούτων πάντων τ' ἀμελῆσαι scribendum esse coniecit, omnium codicum lectione tribus locis immutata. Mihi τούτων πάντων ἀμελοῦσιν verborum non ea vis esse videtur, ut ζῆν verbo, quod cum ἀργοῖς adiectivo adcuratius definiunt, possint non subici; τε vero non magis adicendum fuisse quam οὖσιν ex similibus locis intellegitur v. 921 ἐκεῖνο δ' οὐ βούλοι' ἄν, ησυχίαν ἔχων ζῆν ἀργός et Nub. 384 οὐδὲν δρῶντας βθσκουσ' ἀργούς. Ac nescio an Aristophanes pro ἀργοῖς οὖσιν scripturus fuisse ἀργοῦσι ut Plato Rep. VIII p. 561 Δ ἀργῶν καὶ πάντων ἀμελῶν. Quod difficile sit in codicum scriptura nihil video nisi ὑμῖν pronomen; quod si premere volueris, Paupertatem negantem habebis, certos homines opificiis artibusque operam daturos esse, si Chremylus et Blepsidemus divites facti fuerint. Hoc negare cum absonum sit, aut ὑμῖν de omnibus hominibus intellegendum aut coniciendum est pro ὑμῖν Aristophanem αὐτοῖς scripsisse ut infra 519 sq. τίς δ' ἔσται πρῶτον ὁ πωλῶν, δταν ἀργύριον κάκεῖνος ἔχη;

Uno loco videtur Venetus solus veram lectionem servasse. V. 271 enim ceteri codices exhibent:

μῶν δέιοῖς φενακίσις ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι;

Venetus pro ἡμᾶς scriptum habet ἡμᾶς ἔπειτ'. Inde Meinekius et Kappeynius scriserunt μ' ἔπειτ', Bergkius adnotavit fortasse pro ἡμᾶς scribendum esse ἔπειτ'. Hanc rationem ego non dubitarem sequi (cf. de φενακίσιν verbo absolute dicto v. 280 δτοις φενακίσις φρόσαι δ' οὕπω τέτληκας ἡμῖν, Ach. 90 τῶντ' ἄρ' ἔφενάκισες σὺ δύνα δραχμᾶς φέρων), nisi omnino a vulgata scriptura discedendum esse negarem atque ex similitudine versus Pac. 1087 ἀρα φενακίζων ποτ' Ἀθηναίους ἔτι παύσει; obiectum verbo addendum censerem. Totiens enim expertus, quam anicipitis eventus sit unius

codicis lectionis unam partem ita accipere, ut alteram reicias cum ceterorum omnium codicum scriptura, nisi aperta necessitate coactus tali adiumento critico uti non iam audeo. Atque id si etiam apud alios effecero, ut se cautores in posterum praestent in scripturis variis vel optimorum codicum iudicandis et utendis, haec dissertationis huius pars haud infructuosa fuerit.

Transimus ad eam quaestionem, quam mihi proposui de huius fabulae *versibus spuriis et lacunis*. Quaerenti de hoc genere in Aristophane haud spernendum videri possunt ferre auxilium *scholia metrica*, quae ad *Heliodorum* auctorem redire ex subscriptionibus Veneti codicis ad Nub. *χειράσται ἐκ τοῦ Ἡλιοδώρου* et ad Pacem *χειράσται πρὸς τὰ Ἡλιοδώρου* et scholio ad Vespa. 1282 iure conlegerunt (cf. Heliodori colometriae Aristophaneae quantum superest una cum reliquis scholiis in Aristophanem metricis edidit Carolus Thiemann. Hal. 1869 p. 116 sq.). Cum enim haec scholia id agant, ut quo quaeque fabulae pars metro conscripta sit ac quot deinceps eiusdem metri versus sese excipiant, diserte enarrant, sperare licet fore ut ex his notis eruatur, quae partes versibus spuriis male auctae vel genuinis spoliatae sint. Quapropter dolendum sane est, quod in optimis quidem codicibus, qui veteris doctrinae opes maxime integras servavisse vere creduntur, ad Plutum fabulam scholia metrica nulla extant, Aldina vero scholia metrica Byzantinae originis ex antiquis fontibus magna ex parte hausta tamen antiquitatis testes fide multo illis minus digni iudicanda et cum summa cautione ad codicum auctoritatem infringendam adhibenda sunt.

Atqui nullius huius fabulae partis versus in hac scholiorum farragine non descripti sunt atque uno tantum loco ad v. 1. versuum, quorum metrum indicatum est, non proditur numerus. Nam ad v. 487 numerus *πιά'*, quem ceteri codices omiserunt, ex Regio addidit Thiemannus. Alibi et metrum et numerus versuum, qui inscuntur, scholiis metricis describuntur. Ac diligenter describuntur ea quae nos legimus v. 253—301, 303—308, 310—315, 316—321, 322—414 (*φεῦ* non videtur scho- liasta extra versum positum legisse; solent enim talia disertis verbis notari), 487—597, 598—618, 619—626, 627—640, 771—801, 802—822, 823—849, 850—958, 1097—1170, 1171—1207, 1208. 9. In reliquis partibus non omnino congruunt quae in codicibus leguntur cum scholiis. Ac primum quidem de versu 302 adnotatur: *τούτῳ δὲ πρῶτος τετράμετρος ἀκατάληχτος, οἷον τὸ τοῦ Ἀλκαίου*

δέξαι με καμάζοντα, δέξαι, λίσσομαι σε, λίσσομαι,

a cuius versus natura longe abhorret is, quem nos legimus

v. 302 *ἔγώ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀναυκάσσων*

et quem illi parem esse idem scholiasta infra monet v. 309:

οὐκοῦν σε τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυᾶσαν.

Hoc dissidium non fugit Hemsterhusium, qui haec adnotat: »iure Kusterus scholiasten reprehendit, qui primum versum esse dixerit τετράμετρον ἀχατάληχτον, qualis est Alcaei prolatus etiam ab Hephaestione eiusque Enarratore p. 16. 86 (vid. Gaisford Lips. p. 32. Westphal. script. metr. gr. I p. 18), cum sine dubio sit τετράμετρος καταληχτικός; qui in tam manifestum errorem labi potuerit, miror; nisi credibile putas eum reperisse, Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυᾶσαν ἄν.« Adparet hominem doctissimum hanc lectionem veram esse, iure non censuisse. Nam non solum ἄν, quod additur, omni vi caret et quae nunc leguntur sanitatem produnt, verum etiam per se multo probabilius est, hoc loco catalecticum tetrametrum quam acatalecticum scriptum fuisse, cuius generis nullum extat exemplum in hoc carmine amoebaeo. Itaque ex editoribus, qui Hemsterhusium secuti sunt, nemo scholiastae obediens lectionem codicum commutavit praeter Thierschium editorem admodum singularem, qui edidit:

Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν κυκῶσαν ἀνὰ τὰ φάρμακα ετ
οὐκοῦν σε τὴν Κίρκην γε, τὴν κυκῶσαν ἀνὰ τὰ φάρμακα,

in adnotatione critica vero ad v. 300 haec dixit: »Vulgo tetrameter catalect., quem scholiasta auctore refeci acatalecticum. Edd. et mss. τὰ φάρμακ' ἀνακυᾶσαν, unde aut κυκῶσαν ἀνὰ τὰ φάρμακα, aut pro ἀνὰ τὰ fortasse ἀγαθά, quod saepius per compendium scribitur, vel ἀγαθὰ refungi facile potuit. Nam κυκ. ἀνὰ τὰ φάρμ. est: rutabulum versare in pharmacie. Contra ἀνακυ., obiecto altero omisso, universe vix dicitur.« Errat homo doctissimus; nam ἀνακυάω eodem iure cum uno obiecto coniungitur quo ἀνακεράννυμι, cf. Ach. 671 οὐ δὲ θασῖαν ἀνακυῶσι λιπαράμπυχα, Ran. 511 κρήνων ἀνεκεράννυ. Verborum autem quae edidit eum callidiorem quam veriorem interpretationem adiecisse et ex duabus quas insuper addidit conjecturis neutram eam esse quae possit in locum lectionis ab omni parte probabilis omnibusque codicibus servatae succedere, nemo non sentiet mecum.

Ad. v. 415 scholiasta inde a verbis ὁ θερμὸν ἔργον (v. 415) ad v. 486 ἔχοι τις ἀν δίκαιον ἀντειπεῖν ἐτ: trimetros iambicos septuaginta tres numerat codicibus non plus septuaginta duos exhibentibus. Facilis et prompta conjectura est intercidisse in codicum archetypo unum versum, quo adiecto numerus septuaginta trium versuum expleatur. Ac nescio an haec causa fuerit, cur Bergkius in editionis alterius correctioris praefatione adnotaret, videri post v. 450 ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποῖαν δὲ σπίδα excidisse aliquid, fortasse ποῖαν δὲ λόγχην ή μάχαιραν ή δόρυ; sed fatendum erit ipsa huius loci natura ut talia adiciantur minime flagitari. Nimirum Blepyrus de armis solis cogitat iustoque timidior telorum ne recordatur quidem. Itaque si quis invenerit

locum, ubi certiora lacunae indicia cernantur, ne a contraria parte cum scholio metrico pugnemus, Bergkii coniecturam mittemus. In versu autem 422 σὺ δ' εἶ τίς; ὡχρὰ μὲν γάρ εἶναι μοι δοκεῖς nemo offendit ante Velsenum, qui Symbol. philol. Bonn. I p. 413 primus verba quae sunt ὡχρὰ μὲν γάρ εἶναι μοι δοκεῖς admodum languere animadvertisit. Quod is coniecerat:

σὺ δ' εἶ τίς; ὡχρὰ μαῖνάς εἶναι μοι δοκεῖς,

id ego De Rav. et Ven. p. 4 ita probavi, ut praeterea ὡχρὰ epitheton inutile in ὡγραῖς commutandum iudicarem. Meinekius Vind. p. 212 audacius quae difficultatem habent verbis omnibus deletis Aristophani nihil reliquit nisi truncum versum σὺ δ' εἶ τίς; Cui rationi ego neque adsensus neque adversatus sum in Vindiciarum censura Goett. gel. Anz. 1866 p. 148, de Kappeynii vero Pluti editione proximo anno in Fleckeseni annalibus ad philologos referens p. 473 dixi mihi post σὺ δ' εἶ τίς; Chremyli de Penia coniecturam proximis verbis ὡχρὰ χτλ. explicandam ac confirmandam intercidisse videri. Quae sententia habet quo commendetur. Primum μὲν γάρ non sequente altero membro exquisitius dictum est, quam ut casui vel interpolatori facile possit tribui cf. Pac. 124 sq. καὶ τίς πήρος σοι τῆς ὀδοῦ γενήσεται; ναῦς μὲν γάρ οὐκ ἄξει σε ταύτην τὴν ὁδὸν, Av. 1220 οὐδὲ οὐδα μὰ Δί' ἔγωγε· τῇδε μὲν γάρ οὖ, quo haud dubie etiam Anaxandr. Com. III p. 193 ἥδε μὲν γάρ διαφέρει pertinet vid. Klotz. Devar. II p. 660 et Wehrii quaestiones Aristophaneas supra commemoratas p. 7 sq., qua dissertatione diligentiae ac doctrinae laude insigni particularum apud Aristophanem usus adcuratius pervestigari coepus est. Sed aliud accedit. Videas quaequo, quantum differant Chremyli a Blepsidemi moribus. Ille omnibus rebus novis primo obtutu obstupefactus alienissima quaeque metuit, Chremylus aequali mente atque placido animo obsistit perversis amici suspicionibus eumque a vanis coniecturis reducere studet ad sanum iudicium; refutat igitur Blepsidemi de furia coniecturam v. 425 additque v. 426 sententiam, qualis decet hominem frugi atque ieunum. Is vix potest et ipse abire in vagas coniecturas et Peniam maenadem esse sibi videri profiteri. Cum autem recte scholiasta Venetus adnotet: ὡχροὶ γάρ εἰσιν οἱ πένητες διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἵσως φαγεῖν idemque eluceat ex Alexidis Olynthiae fragmento Com. III p. 456 v. 8 χρῶμα δ' ἀσίτων ἡμῶν ὅντων γίγνεται ὡχρόν, suspicari licet Chremylo primum Peniam mendicam visam esse, eumque fere sic dixisse:

σὺ δ' εἶ τίς, [ὡ γραῖ; μῶν προσαιτήσουσα νῷν
προσῆλθες;] ὡχρὰ μὲν γάρ εἶναι μοι δοκεῖς.

cf. Plat. Conv. p. 203 Β ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνουσαν, προσαιτήσουσα οἷον δὴ εὐωχίας οὖσης ἀφίστητο ἡ Πενία. Mirum non erat ad Chremylum divitem factum vel mox futurum mendicam venire. De μῶν particula cf. Baeumlein. Untersuch. ueb. d. griech.

Part. p. 308; qua particula Aristophanes haud raro eam interrogationem inducit, quae de priore coniecturam addit ut Ach. 328. 418. Equ. 786. Nub. 315. Vesp. 274. Pac. 281. 746. Lys. 1217. Eccl. 348. 976. cf. etiam Eurip. Hecub. 754 *τί χρῆμα μιστεύονται; μῶν ἐλεύθερον αἰῶνα θέσθαι;* ράδιον γάρ ἔστι σοι.

Ceterum abusus est Velsenus scholio Parisino ad βλέπει: δρθῶς ἔφης δῆλον ad coniecturam suam confirmandam. Nihil enim inde recte configitur nisi hunc scholiastam v. 424 Chremylo tributum legisse.

In contrarium suspicionem inducimur a scholiasta metrico de ea fabulae parte, quae est inter v. 641 et 770. Eam complecti adnotatur centum undetriginta versus trimetros, cum nos centum triginta legamus. Quoniam de litteris quae leguntur *ρχδ'* in *ρλ'* ultro commutandis cogitari non potest, aut scholiastam errasse aut ab eius exemplo unum versum, quem nos servatum habemus, abfuisse censendum est; qui aut in illo casu intercidisse aut in nostris codicibus interpolatus esse potest. Circumspicienti vero, qui potissimum versus alienus esse videatur a ceteris, occurunt v. 712 et 755, quos versus in Ravennate a prima certe manu omissos esse adnotatur. Illum versus iam supra vidimus offensionis immunem esse, hunc habere cur in suspicionem incurat. Sed ut supra ei rei nihil tribuendum esse censuimus, quod v. 755 *οὐκ ἐξ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι* in Ravennate omissus est, sic ne scholio metrico quidem id dandum esse puto ut *ἐξ δικαίου* formulam exemplis idoneis defendant hunc versum Aristophanis esse non concedamus. Nam non solum infra videbimus, Meinekium post v. 756 suspicatum esse unum intercidisse versum, verum etiam illi numeri fide quam non sint digni ex duobus qui restant locis intellegitur, v. 959—1041 et v. 1042—1096, quorum illum scholiasta octoginta quattuor, hunc quinquaginta sex versus continere vult, cum nos illic octoginta tres, hic quinquaginta quinque numeremus. Diu enim quaerenti nusquam mihi occurrit ullum lacunae vestigium, ita ut aut *πδ'* in *πγ'* et *πεντήχοντα* *ξξ* in *π. πέντε* commutandum aut, quia hoc paulo violentius fieret, scholiasta in numeris errassisce putandus sit. Itaque tantum abest ut auxilium homini critico peti possit ex scholiis metricis, ut cavendum sit, ne ei imponant.

Ut igitur propriis fisi viribus de versibus interpolatis et lacunis quaerere pergamus, in hac fabula haud pauci versus iniuria damnati sunt, nonnulli ita, ut iudicis iniustitia neminem facile fugiat. Sic Bothium v. 179 *ἐρῆ δὲ Λαῖς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;* ob nullum aliud crimen damnantem quam quod scortorum corinthiorum etiam v. 149 et 301 mentio fit, nemo secutus est; neque magis vereor, ne Heimreichii in miscellaneis criticis supra laudatis p. 20 disputatio quemquam deceptura sit, qua vv. 745—747 *ἔγώ δ' ἐπήνουν τὸν θεὸν πάνυ σφύδρα,* *ὅτι βλέπειν ἐποίησε τὸν Πλοῦτον ταχύ,* *τὸν δὲ Νεοχλείδην μᾶλλον ἐποίησεν τυφλόν* spurious esse sic demonstravit: »Hi

versus mihi nimis languere videntur. Et repetunt de quibus iam actum erat: supra enim (v. 739—740) Cario narraverat, quanto gaudio affectus esset, cum Plutum rursus videre intellexisset. Atque tota Carionis oratio optime v. 744 concluditur. Accedit quod non Carionis est laudare deos sed mulieris (v. 748 cf. v. 726). Fortasse igitur v. 745—747 interpolatori debentur. Mihi hi versus non solum non superflui esse videntur, sed etiam huius loci elegantiam mirum quantum augere. Summa enim vis est in versu ultimo, quo Cario gaudium suum prodit de Neoclidis poena. Nimirum ceteri homines probi gaudio de Pluto refecto capti hanc laetitiam solam testantur, servulus Neoclidis merito quidem infortunio nimis tamen oblectatus se Aesculapium non propterea solum laudavisse dicit, quod Pluto lucem oculorum reddiderit, verum etiam quod Neoclidem etiam magis obcaecaverit. Ac lepida cum dignitate Carionarationem suam ita concludit, ut, quid ipse senserit de his rebus, diserte addat.

v. 106 μὰ τὸν Δί· οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ non defuit, qui spurium esse suspicaretur. Nam Meinekium Vind. p. 209 se fateri dicit, se hunc versum non intelligere; quo iure enim ex eis quae praecedunt ἀνδρα τοὺς τρόπους βελτίωνα ad ἄλλος subaudiri possit τοὺς τρόπους ἀγαθός se non adsequi; repugnare etiam v. 110. Sin hoc dici statuatur *non est alius melior*, abundare πλὴν ἐγώ. Quare se totum versum delendum putare. Eisdem fere argumentis disertius explanatis nescius Bothium idem ante me voluisse ego uno anno ante editas Vindicias in Libro miscellaneo edito a societate philologica Bonensi p. 60 sq. demonstravi hunc versum esse Chremylo adimendum, tribuendum Carioni. Atque adsensus est et obsecutus Kappeynius van de Coppello. Res certissima est, sed cum gaudio ex litteris, quas Ad. de Velsen homo doctissimus ad me scripsit, comperi, conjecturam meam desiisse conjecturam esse; ipsum enim suis vidiisse oculis et in Ravennate et in Veneto ante μὰ τὸν Δί· breve spatium nomini personae relictum. Quis igitur dubitet, quin hic versus a Vindiciis vindicandus sit? *

Qui hoc loco nobis adsensus est, Kappeynio nos non item possumus adsentiri v. 188 ὥστ' οὐδὲ μεστὸς σοῦ γέρον' οὐδεὶς πάποτε, expungendum esse iudicanti. Chremylum enim aut sic argumentari: Multo plus vales; nam ceterarum rerum omnium nobilium vilium hominibus est satietas, tui vero adhuc nemo plenus fuit. Ita demum orationem recte procedere, neque se intelligere, quid illud ὥστε significet. Versum natum esse e v. 193 σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπάποτε. Memini me in censura Kappeyniana editionis in annalibus philologicis a. 1868 probavisse hominis doctissimi iudicium; at nunc aliter sentio, et quem versum expungendum esse mihi persuaderi passus eram, eum expungi posse nego. Inde a v. 144 postquam divitiarum ea descripta est vis, qua in vita communi omnia fiant, innumeris ab

ero ac servo conlatis exemplis Chremylus iam v. 181 rem confidere conatur verbis latius patentibus τὰ δὲ πράγματ' οὐχὶ διὰ σὲ πάντα πράττεται; μονάτατος γάρ εἰ σὺ πάντων αἵτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν εὖ ἔσθ' θτι. Sed Cario nondum sibi satisfecit, sed pergit: χρατοῦσι γοῦν καν τοῖς πολέμοις ἐκάστοτε ἐφ' οἷς ἀν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος. Iam postquam Plutus interrogationem interposuit: ἐγὼ τοσαῦτα δυνατός εἰμ' εἰς ἀν ποιεῖν; id ipsum adfirmat Chremylus, at multo etiam plura Plutum efficere posse dicit, nulla iam addens huius potentiae documenta, sed quam amabilis ac deliciosus propter hanc ipsam potentiam Plutus sit, exponens. Illud si fieret, apta essent verba τῶν μὲν γάρ ἄλλων κτλ. ad τούτων γε πολλῷ πλείονα; nunc vero cum, quod nemo sibi satis pecuniae habere videtur, id de vi pecuniae nihil probet, ad v. 187 versus 189 vix potest referri. Itaque nego v. 188 omitti posse, quo quae continentur, proximis versibus in hunc modum explanantur, ut primum exemplis cumulatis ceterarum rerum satietatem esse, deinde divitiarum non esse diserte dicatur. Rectissime igitur procedit oratio in codicum lectione. De ὥστε autem particula conferendus est eiusdem fabulae v. 919 ὥστ' εἰς ἔμ' ἡχει τῆς πόλεως τὰ πράγματα. Sic codices et editiones omnes exhibent praeter Meinekii, qui ὥστ' in ὡς commutavit. Quia in re homini doctissimo adsentiri non possum; qui enim sycophanta hoc versu uti potest ad ea, quae dixerat, probanda? Immo interroganti κατηγορεῖ δὲ τις; Iustus cum respondisset ὁ βουλόμενος sycophantae res bene cesserat poteratque reponere: οὐδοῦν ἔκεινος εἰμ' ἐγώ nullo addito arguento. Quo eventu statim prudentissime utitur, ut concludat ad se venisse rei publicae summam. Cui ratiocinandi generi Iustus non habet, quod opponat, sed conqueritur rei publicae condicionem, cui talis vir prae- sit, eumque ab his negotiis avertere studet. Videtur igitur ὥστε particulae conclu- dendī vis huic loco aptissima esse; ab hoc vero v. 188 parum differre. Videlicet longis Pluti potentiae laudibus finem imponit Chremylus concluditque insatiabile de- scribens studium, quo homines Plutum complectantur cf. Pac. 706. Quod autem v. 193 οὐδὲ δ' ἔγενετ οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε admodum similis ei est, quem Aristophani vindicavimus, id me non magis movet, quam ea similitudo quae inter v. 862

ἔοικε δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος

et v. 957

ὅτι ἔστ' ἔκεινον τοῦ πονηροῦ κόμματος

intercedit. Hunc enim, quem altero loco adscripsi, Hamakerus primus deleri iussit Mnem. II p. 17, quem secuti sunt Meinekius Kappeynius Dindorfius in editione Lippiensi. Batavus quod dixit γνῶναι τινα per se significare posse »alicuius mores per- spicere«, id concedi potest vere dictum esse ac bene eum in hanc sententiam con- tulisse Dem. adv. Pantaen. 983, 2 γνῶναι δ' ιδόντα καὶ ἐπιπλήξαι ράδιον, sed hunc

versum non posse non spurium esse demonstrandum erat, antequam explicaretur, quid interpolatorem ad scribendum adipulisse videretur. Mibi poeta consulto haec verba adiecissem videtur, quae nisi sui similia in hac fabula haberent, nunquam in suspicionem venissent.

v. 1114 sq. haec leguntur:

οὐδεὶς οὐ λιθανωτόν, οὐ δάφνην,
οὐ φαιστόν, οὐχ ἵερεῖν, οὐκ ἄλλ' οὐδεῖν
ἥμιν ἔτι θύει τοῖς θεοῖς.

Dobraeus offendit in ordine horum vocabulorum λιθανωτόν — οὐχ ἱερεῖν οὐκ ἄλλ' οὐδεῖν, quae sic disponenda fuisse ei videntur: οὐχ ἱερεῖν, οὐ φαιστόν, οὐ λιθανωτόν, οὐ δάφνην, ita ut a pretiosis sacrificiis ad vilia descenderetur. Huius argumenti quo homo doctissimus ad damnandum v. 1115 simillimum versui 138 οὐ βοῦν ἀν, οὐχὶ φαιστόν, οὐχ ἄλλ' οὐδεῖν usus est omnis vis tollitur a Meinekio Vind. p. 223 credibile esse negante, Mercurium id tantum doluisse, quod nemo nunc mortalium neque thus nec lauream dis sacrificet. Haec eum flocci facere, at quod nemo iam placentas et ἱερεῖα dis obferat, id esse quod doleat. Huc accedit, quod proprie Graeci dicere videntur λιθανωτόν ἐπιτιθέναι neque vero θύειν cf. Nub. 426 οὐδ' ἀν θύσαιμ' οὐδ' ἀν σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθείην λιθανωτόν, Ran. 888 ἐπιθεῖς λαβῶν καὶ δὴ σὺ λιθανωτόν, Vesp. 96 ὥσπερ λιθανωτόν ἐπιτιθεῖς νουμηγίᾳ, Antiphan. Com. III p. 89 δταν γὰρ ἐκατόμβιας τινὲς θύωσιν, ἐπὶ τούτοις δπασιν ὑστατος ἀπαξιπάντων (Cobet N. L. p. 131) καὶ λιθανωτὸς ἐπετέθη, Plat. Com. II p. 638 v. 9. Aliud argumentum cum aliqua dubitatione profero. Videor enim mihi sentire οὐ iteratum postulare, ut etiam tertium membrum adiciatur ut v. 198, Av. 141 οὐχ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου, οὐχ ὠρχιπέδισας, 979 οὐχ ἔσει οὐ τρυγῶν οὐ λάιος οὐ δρυκολάπτης, 1133 ὄρνιθες, οἰνδεὶς ἄλλος, οὐκ αἴγυπτιος πλινθοφόρος, οὐ λιθουργός, οὐ τέκτων παρῆν, Ach. 34 δς οὐδεπώποτ' εἶπεν, ἄνθρακας πρίω, οὐκ δξος, οὐχ ἔλαιον, Eccl. 452 οὐ συκοφαντεῖν, οὐ διώκειν, οὐδὲ τὸν δῆμον καταλίειν cf. 560 sq. Quanquam Euripides Orest. 1155 dicit: οὐχ ἔστιν οὐδὲν χρεῖσσον η φίλος σαφής, οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννίς, cf. Bacch. 757. 1205. Videtur igitur etiam v. 1115 Aristophani vindicandus esse.

v. 1173 utrum cum Meinekio ἀφ' οὐ γὰρ αὖ βλέπειν δ Πλοῦτος ἡρξατο an cum Bergkio ἀφ' οὐ γὰρ δ Πλοῦτος οὐτος ἡρξατο an ἀφ' οὐ γὰρ δ Πλοῦτος αὐθις ἡρξατο βλέπειν an ἀφ' οὐ γὰρ δ Πλοῦτος ἡρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν, quas lectiones Meinekius in Vindictiis proposuit, an ex Bergkii coniectura ἀφ' οὐ γὰρ αὐθιβλέπειν δ Πλοῦτος ἡρξατο an quod Elmsleius ad Ach. 127 proposuit: ἀφ' οὐ γὰρ δ θεὸς οὐτος ἡρξατο βλέπειν scribendum sit, donec Velseni thensaurus criticus reclusus sit in dubio relinquendum puto. Velsenus autem Symb. phil. Bonn. I p. 419 hunc versum spurium

esse dicit sic argumentatus. In proximo versu aut dicendum fuisse: πᾶς δ' ἔστιν ὁ βέλτιστος; et κακῶς aut τί δ' ἔστιν ὁ βέλτιστος; et τί γὰρ ἀλλ' η κακόν; nunc haec duo dicendi genera commixta esse parum eleganter. Nec magis quam interrogationem et responsum inter se congruere singulas responsi partes, cum dicendum fuerit: πᾶς γὰρ η κακῶς; vel τί ἀλλ' η κακόν; neque vero: τί γὰρ ἀλλ' η κακῶς; Itaque cum versus 1173 scripture dubitationis plena sit, hoc versu omisso scribendum esse suspicatur:

τί δ' ἔστιν, ὡς βέλτιστε; — τί γὰρ ἀλλ' η κακῶς
ἀπόλωλας' ὑπὸ λιψοῦ· καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

Meinekius Vind. p. 226 non dubitat hanc coniecturam ingeniosam dicere, sed addit
quas homo doctissimus moverit difficultates ita posse removeri, ut scribatur: *τι δ'*
ἔστι σοι βέλτιστε; quibus iam recte inferatur *τι γὰρ ἀλλ' η κακῶς;* Cui coniecturae
ego Zschr. f. d. Gymn. XX p. 225 Velseno adsensus obverti *τι δ'* *ἔστι σοι;* videri
Germanismum quem dicunt esse, ὡς vero ab Aristophane ante *βέλτιστε* vocativum nun-
quam omissum esse. Quod de vocativo dixi, verum est, quod de Germanismo, quem
putabam, ex Aristophane quidem refelli nequit; sed vide Soph. O. Col. 1169 *τι' δ'*
ἔστι σοι; Quominus autem Velseni sententiam, quae mihi etiam nunc quam maxime
adridet, ambabus manibus amplectar, pauca quaedam me retinent; primum quod ad *ἀπό-λωλα* apud comicos nusquam adverbium adiectum video, adiectum saepe ad alias *ἀπολλύναι* verbi formas, alterum quod refecto Pluto quae in scenam intrant personae mox dei
mentionem faciunt, Justus v. 837 sq., sycophanta v. 858, vetula v. 960, Mercurius
v. 1113 sq., unus Jovis sacerdos deleto v. 1173 non facturus est. Itaque praestare
videtur iudicio suspenso nec dicere nec negare v. 868 hoc loco male repetitum esse.

v. 204 legitur: ἐσθὺς γάρ ποτε

οὐχ είλεγεν ἐς τὴν οἰκίαν οὐδὲν λαβεῖν,
εὑρὼν ἀπαξάπαντα κατακελήμενα·
εἰτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δεῖλια

v. 205 de cuius scriptura supra egimus, spuriū esse ipse opinatus sum. Videbatur enim narrationis cursum, in qua quod summa vis in versu qui est εδρῶν ἀπαξι- παντα κατακεκλημένα inesset, ab his verbis vexatissimum illum suspendendum fuisse puta- bam, ingratum in modum turbare. Atque eius modi aliquid sensisse videbatur Hem- sterhusius, cui Dorvilliani codicis scriptura εδρῶν γάρ placuit. Sed concedendum Do- braeum iure maluisse δ' quam γάρ, quorum tamen merito neutrum cuiusquam adsen- sum tulit. Omissō autem illo versu narratio rectissime mihi procedebat:

εσδήν γάρ ποτε
εδρών ἀπαξύπαντα καταχεκλημένα
εἰτ' ὀνύμαστόν μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν.

prorsus ad similitudinem Nubium vv. 177 sq.:

χατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν
χάμψας διβελίσκον εἰτα διαβήτην λαβών
ἐκ τῆς παλαιότρας θυμάτιον ὀφείλετο.

Ἐσδύς vero non addita domus notione, in quam fur irrepserit, quam maxime ex usu Aristophanis dictum est. Sic Vesp. 500 sq. καὶ μέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας, διτι κελγίσαις ἔκλευσον, δξυθυμηθεῖσά μοι κτλ. εἰσελθόντα dictum est pro εἰσελθόντα εἰς πορνεῖον, qui locus facile cogitando suppletur, cum πόρνη antecedat; Plut. 1183 νῦν δ' οὐδε εἰς θύει τὸ παράπαν οὐδὲν οὐδ' εἰσέρχεται πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἡ μύρων facile inde quod haec verba a sacerdote dicuntur eque toto orationis conexu intellegitur, εἰσέρχεται nihil hic esse quam »intrat in templum.« Haud aliter eo de quo agitur loco εἰσδύς omissa domo dici potest, quia furis modo mentio facta est.

Huius sententiae ego auctor extiti in censura Meinckii Vindiciarum libri Goett. Anz. 1866 p. 156 atque eam repetivi in censura Heldermann de Pluto dissertationis in annibus philologicis 1867 p. 402, quam censuram Kappeynio van de Coppelio Heldermann populari innotuisse ex certo indicio conligo, Herwerdenum illius hominis doctissimi et ipsum popularem fugisse inde conligendum esse puto, quod eandem sententiam ut suam proposuit in Analectis criticis ad Thucydidem Lysiam Sophoclem Aristophanem et comicorum graecorum fragmenta Trj. ad Rh. 1868 p. 55. Sed homo doctissimus non veram sententiam, sed errorem repetivit. Versus enim ille suspectus satis defenditur similitudine nonnullorum locorum, ubi idem narrandi genus observari potest, Vesp. 1382 sq.:

Ολυμπίασων, ἤντικ' ἐθεάρουν ἔταί,
Ἐφουδίων ἐμαχέσατ' Ἀσκάνδρη καλῶς
ἡδη γέρων ἄν· εἰτα τῇ πυγμῇ θενῶν
ἢ πρεσβύτερος κατέβαλε τὸν νεώτερον.

ib. v. 1401 sq.:

Αἰσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ' ἐσπέρας
θρασεῖα καὶ μεθύσῃ τις ὑλάκτει κώνων.
κἀπειτ' ἔκεινος εἶπεν κτλ.

ib. v. 1410 sq.:

Δᾶσος ποτ' ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης·
ἔπειθ' δ' Δᾶσος εἶπεν, δλίγον μοι μέλει.

ib. v. 1427 sq.:

ἀνὴρ Συβαρίτης ἐξέπεσεν ἐξ ἄρματος,
καὶ πῶς κατεύγη τῆς κεφαλῆς μέγα σφύδρα·
ἐτύγχανεν γάρ οὐ τρίβων ἀν ιππικῆς.
κἄπειτ' ἐπιστὰς εἰπ' ἀνὴρ αὐτῷ φίλος·
ἔρδοι τις δὴ ἔκαστος εἰδείη τέχνην.

ib. 1434 sq.:

ἐν Συβάρει γυνή ποτε
κατέεις' ἔχινον. ΚΑΤ. ταῦτ' ἐγὼ μιρτύρομαι.
ΦΙΛ. οὐδὲνος οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο·
εἰθ' δὲ Συβαρῖτις εἶπεν, εἰ ναὶ τὰν κόραν κτλ.

Etiam plura verba finita ex hoc narrandi usu sese excipere posse Vesp. 788 sq. docet, ubi haec leguntur:

δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρόφην λαβάν
ἐλθὼν διεκερματίζετ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν,
κἄπειτ' ἐπέδηκε τρεῖς λοπίδας μοι κεστρέων·
κάγῳ 'νέκαψ'. διβολοὺς γάρ φόρμην λαβεῖν·
κάρτα βδελυχθεὶς δαφρόμενος ἐξέπτυσα·
κάρδον εἴλκον αὐτόν.

Conferas quaeque hos locos cum illo Pluti loco et mecum censem, Aristophani, non codicibus vim inferre, qui v. 205 delectat.

Ne v. 475 quidem εἰ τοὺς δικαίους φῆς ποιήσειν πλουσίους iure seclusisse Kappeynium disci potest ex eis, quae ego in Fleckeiseni annalibus philologicis 1867 p. 405 disserui.

Quem adhuc quae tradita sunt ut servarentur quam maxime studere vidisti, idem ego neque Cobeti (Mnem. II p. 221) Meinekii Bergii Kappeynii v. 584

ἴνα τοὺς Ἑλληνας ἀπαντας δεὶ δι' ἔτους πέμπτου ἔνναγείρει
spurium esse censentium consensui adversari audeo neque versibus 566 νὴ τὸν Δι' εἰ δεῖ
λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐχὶ κόσμιὸν ἔστι; aut 806 οὗτα τὸ πλουτεῖν ἔστιν ἡδὺ πρᾶγμα τι (vide
supra) patronus existam, quorum alter novae fortasse comoediae versus similitudinis
causa ad v. 802 ὡς ἡδὺ πράττειν ἀνδρές ἔστ' εὐδαιμόνως adscriptus esse videtur, illum
Aristophani ne is quidem vindicare poterit, qui ex versus ruderibus integrum fecerit.

Ad lacunas pergamus. Quo in genere multa dubia sunt. Sic cum Meinekio Vind.
p. 215 mihi admodum verisimile est ante v. 771 καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν
ἥλιον prima intrantis Pluti verba intercidisse, sed demonstrari vix unquam poterit,
quod nobis probatur. Dobraelo vero post v. 885 ἀλλ' οὐχ ἔνεστι συχοφάντου δῆγ-
ματος ὅνum versum periisse conicientis, quo addito hic versus criticorum conatibus

fortissime repugnans intellegi possit, non possum adversari, praesertim cum supra v. 422 eadem arte refecerimus. Sed dubito an ex usu quodam communis, cuius vestigia nobis nulla tradita esse videntur, genetivus non addito ἄκους vel simili vocabulo usurpatus sit.

Non certior crisis est de lacunis, quas post v. 756 et 696 Meinekius detexisse sibi visus est. Nam illic etsi non videtur ex verbis quae secuntur οἱ δὲ ἡχολόθουν κατόπιν ἐστεφανωμένοι γελῶντες εὐφρημοῦντες necessario conligendum esse ceteros maestos abiisse, ac si abierunt, id poetae discretis verbis indicandum fuisse, tamen id optime fieri et in codicum scriptura ἀμα abundanter ad ἐσκυθρώπαζον additum esse nec satis recte, id quod ego Ztsch. f. d. Gymn. XX p. 224 volui, ad πάντες, quod in δοσι latet, referri concedendum est. Ante v. 697 μετὰ τοῦτο δὲ ἥδη καὶ γέλοιον δῆτά τι vero aliquid intercidisse etsi praefracte negari non potest, tamen mihi parum probatur, cum bene a poeta res ita instituta esse videatur, ut Cario narrandi studio incitatus postquam ad mulieris anxiam quaestionem brevissime respondit, statim tanquam nihil intercesserit pergit. C. Fr. Hermannus, qui ante Meinekius in hoc loco haeserat et pro ἥδη scribendum proposuerat ἡλθε vel γέλει, propter hanc ipsam causam erravit, quod non intellexit, v. 696 in parenthesi, ut ita dicam, positum esse; de ἥδη vero μετὰ τοῦτο excipiente cf. Devar. de graec. ling. part. ed. Klotz II p. 603 sq. Hartung. I p. 243.

Etiam confidentius supra negavimus Bergkium post v. 450 versum intercidisse recte suspicatum esse. Item verbo monitos volo qui forte legerunt, quae olim in Libro miscellaneo supra commemorato p. 60 sq. disserui, me non iam in locum versus 281, quem ab hoc loco alienum esse iam vidimus, alium supponendum esse censere. Nam quo usus eram arguento, quod φράσαι verbum v. 280 carere non posset obiecto, eius infirmitas elucet ex locis similibus velut: v. 61 sq. ἀλλ' εἰ τι χαιρεῖς ἀνδρὸς εὐόρχου τρόποις, ἐμοὶ φράσον, v. 65 εἰ μὴ φράσεις γάρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς.

Post v. 1163 Meinekius Vind. p. 225 complura excidisse conligi posse censem ex v. 1170, ubi Cario Mercurio dicat *age igitur exta lava in puteo, ut statim te διαχονικὸν esse ostendas*, quae nihil faciant ad ἀγώνιον. Ac confirmare videri suspicionem suam non modo eis quae v. 1165 legantur ἔξηργηκεν αὐτῷ βιβτιον, quaeque vix possint de eo dici, qui se gymnicorum et musicorum ludorum praesidem esse professus fuerit, sed etiam v. 1168 οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω, quae verba ad condiciones referenda sint, sub quibus Mercurius se ministrum fore professus fuerit. Ex his argumentis id potissimum conligo, hominem doctissimum huius loci sententiam non prorsus adsecutum esse. Cario id agit, ut Mercurium sub idoneo nomine in Chremyli domum

inducat. Tale nomen Mercurius, ubi dicit v. 1161 ἐναγάνωις τοίνυν ἔσημαι, se inventisse persuasum habet; pergit enim gaudio elatus: καὶ τί ἔτ' ἔρεις; ac iustum causam addit, quae Carioni non poterat quin maxime placeret ex musicis et gymnicis certaminibus nova oblectamenta expectanti gaudentique domus luxuriam proprio certaminum tutore addito auctum iri. Cario igitur Mercurio adsentitur verbis quae secuntur: ὡς δῆμον ἔστ' ἐπωνυμίας ἔχειν· οὗτος γὰρ ἐξήρηκεν αὐτῷ βιότιον κτλ. Nimirum largiorem victum quam quo ipse fruitur Mercurio concessurus non est, quem servitutis socium nanctus esse sibi videtur. Itaque postquam Mercurius interrogavit, num posset sub hac condicione in domum introire, id tacitus concedit, sed ut novo incola statim in suum usum abutatur, eum exta lavare iubet, quo Carionis munere Mercurius iniussu fungens a primo initio Chremylo industriam suam commendaturus erat. Illud enim quod latine »iniussu« dixi in αὐτός v. 1169 inesse puto, ut supra v. 964 sq. φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά. XPE. μὴ δῆτ· ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα, Thesm. 65 sq. Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ. ΘΕΡ. μηδὲν ἵκετεν· αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα. Quare mihi non videtur opus esse cum C. Fr. Hermanno (Philol. III p. 512) conicere aut αὐτοῦ aut αὐτόσε scribendum esse.

Ante v. 1097 τίς ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; τουτὶ τί ἦν; Meinekius et Bergkius lacunam detexisse sibi visi sunt, ubi ego sarta video tecta. Suspicantur enim ante hunc versum anum rediisse olim diserte indicatum fuisse. Unde adparet eos putavisse, omnia quae inde a v. 1097 inter Carionem et Mercurium ac deinde Iovis sacerdotem aguntur agi praesente vetula. Sed eam tamdiu mutam adstitisse parum probabile esse neque quidquam obstare videtur, quominus cum Kappeynio van de Coppello, postquam Chremylus verbis quae sunt τὸν Πλοῦτον ἔξω τις κάλει Plutum adduci iusserit, vetulam interrogantem ἐγὼ δὲ τί ποιῶ; simul exiisse censemus. Haud aliter nobis qui hanc fabulam legimus Chremylum in scaenam prodire indicatur v. 1172 τί δ' ἔστιν ὁ βέλτιστες; verbis.

Rursus incidimus in eum locum, de quo Velsenus optime meritus esse visus est. Quem hominem doctissimum sequi nequeo Symb. I p. 421 post v. 207 εἰτ' ἀνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν verba excidisse suspicantem, qualia haec sunt:

ἀλλ' οὐ βλέπω γάρ, ὥστε τῶν ἐμῶν χρατεῖν,
quam suspicionem Meinekius Vind. p. 209 comprobavit. Causa haec est. Plutum velle refici ex v. 200 sq. δπως ἐγὼ τὴν δύναμιν ἦν δμεῖς φατε ἔχειν με ταύτης δεσπότης γενήσομαι non posse conligi, cum haec verba timiditatis plena esse ex Chremyli responso adpareat; deinde quae Chremylus v. 210 dicat βλέποντ' ἀποδεῖξω σ' δεύτερον τοῦ Λυγκέως apta non esse, nisi prius Plutus diserte de caecitate sua questus sit. Hoc vereor ne sit quod dicunt nodum in scirpo quaerere; nam etsi Plutus ne cogitavisset

quidem de caecitate infirmitatis suae causa, quod tamen secus esse confido, tamen quid impediret Chremylum, quominus ut v. 115 sic etiam hoc loco unius Pluti potentiae vinculi dirumpendi laetam spem ipse inferret? Quod autem in Pluti et Chremyli conloquio non verbum verbo respondet, id haud dubie dialogo non tam artificioso quam simplici ac facili condonandum est. Chremylus ut Pluti ambagibus finem imponat missa illa de fure narratiacula pergit: noli tibi quidquam curae esse; omnia bene cedent; nam Lynceo te reddam acutiorem.

Pervenimus ad eos locos, qui *transponendis versibus* sanari posse videntur. In quo capite primum confiteor, me eam sententiam, quam anno 1864 de v. 1070 sq. in Libro miscellaneo p. 68 sq. defendi, iam improbare. Existimavi enim hos versus in hunc modum transponendos esse, ut versus 1076 ἐγὼ περὶ ταύτης οὐ μαχοῦμαι σοι — τὸ τί; usque ad v. 1081 δ' δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς; post v. 1070 μὰ τὴν Ἐκάτην οὐ δῆτα· ματινοίμην γὰρ ἀν et versus qui sunt ἀλλ' ὡ νεανίσκ' χτλ. v. 1071 usque ad *Μιλήσιοι* v. 1075 post v. 1081 legerentur, verba vero quae sunt δ' δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς; adolescenti tribuerentur. In quo horum versuum ordine actio rectissime ita progreditur, ut adolescens prima anus derelinquendae opportunitate cupidissime arrepta Chremylo propter aetatem eius quamvis invitus eam concedat, deinde ubi Chremylus se eius sententiam intellexisse prodidit amorem simulare pergens respondeat: quis vero mihi eam permitteat? tanquam Chremylus de anu cum eo decer- tatus sit, is autem morae impatiens tandem dicat: ἀλλ' ὡ νεανίσκ' οὐκ ἐώ τὴν μειράχα μισεῖν σε ταύτην, ac postquam quae facta sint se scire verbis quae secuntur εἰναι σ' ὑβριστὴν χτλ. luculenter demonstravit, adolescens tum demum se vetulam in odio habere confiteatur. Sed quae argumenta ad eum qui traditur versuum ordinem evertendum adtuli, ea nunc admodum infirma esse mihi videntur ac ne hoc quidem iure puto me negavisse δ' δ' ἐπιτρέψων ἐστὶ τίς; verba Hemsterhusium, in cuius sententiam discedere non iam dubito, anui recte tribuisse et «*quis potestatem illi faciat a me discedendi?*» recte interpretatum esse. Videtur enim huic Nubium locus admodum esse similis. v. 797 sq. Strepsiades dicit:

ἀλλ' ξοι' ἔμοι γ' νίδς χαλός τε χάγαθός·

ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γάρ μανθάνειν· τί ἐγὼ πάθω;

cui chorus respondet: σὺ δ' ἐπιτρέπεις; nimirum non μανθάνειν, sed μὴ μανθάνειν. Possis vero etiam ita ἐπιτρέπειν accipere ut sit *morem gerere* vel *cedere* ut apud Me- nandrum Com. IV p. 70 οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν ἀλλ' ἀντιτάπτεσθ'. Sed habeo, quo argumento pristinam sententiam meam prorsus refutem. In eo enim

versuum ordine, quem ego volui, adolescens prior anum μεῖραξ vocabulo per iocum significat, cum dicit: νῦν δ' ἄπιθι χαίρων συλλαβὴν τὴν μεῖραχ, Chremylus paulo post v. 1071 ἀλλ' ὁ νεανίσκος οὐκ ἐῶ τὴν μεῖραχ μισεῖν σε ταύτην pronomine demonstrativo addito, id quod contra rei naturam fieri censeo. Haec enim vox vetulae parum convenit; qua de causa chorus anum ὁ μειρακίσκη adlocutus se excusat: πυνθάνει γάρ ἀριστᾶς, quae verba non dubito quin poeta de virgineo modo, quo anus interrogaverit, intellegi voluerit cf. Thesm. 582 τί δ' ἔστιν ὁ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς χαλεῖν,

Ἐώς δὲ οὕτως τὰς γηνάδην φιλὰς ἔχεις et
Vesp. 1297 τί δ' ἔστιν ὁ παῖ; παῖδα γάρ, καὶν γῆ γέρων,
χαλεῖν δίκαιον δοτεις δὲ πληγὰς λάβῃ.

Sic etiam ubi in conloquio Chremyli et adolescentis anus primum μεῖραξ appellatur, ut quae tandem dicatur adpareat iure additur pronomen; postquam autem semel sic appellata est, demonstrativum pronomen rectius omittitur. Tam arcte autem inter se coniuncti sunt vv. 1076—1081 et vv. 1071—1075, ut si demonstratum est v. 1079 consentaneum esse sequi post v. 1071, non iam possit defendi mea horum versuum transpositio.

Versuum 264—274 ordinem perturbatum Kappeynius van de Coppello p. 60 sic facili negotio restituī posse censem, ut vv. 268—270 ante vv. 264—267 transponantur:

XO. ὁ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν πῶς φής; πάλιν φράσον μοι.

δηλοῖς γάρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα.

KA. πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔτωρ' ἔχοντα σωρόν.

XO. ἔστιν δὲ δὴ τί καὶ πόθεν τὸ πρᾶγμα τοῦδ' ὁ φησιν;

KA. ἔχων ἀφίκεται δεῦρο πρεσβύτην τιν' ὁ πονηροί

ρυπάντα κυφὸν ἄθλιον ρυσὸν μαδῶντα νωδόν·

οἷμαι δὲ νῆ τὸν οὐρανὸν καὶ φωλὸν αὐτὸν εἶναι.

Improbavi hanc transpositionem in Fleckeiseni annalibus a. 1868 p. 476, quod versus qui est:

ἔστιν δὲ δὴ τί καὶ πόθεν τὸ πρᾶγμα τοῦδ' ὁ φησιν;

nisi post v. 262. 3:

ὁ δεσπότης γάρ φησιν ὑμᾶς ἡδέως ἀπαντας

ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζῆσιν ἀπαλλαγέντας

suum locum non haberet. Quod cur dixerim adparet. Φησίν enim verbum v. 264 aperte respondet ὁ δεσπότης γάρ φησιν verbis totamque hanc interrogationem subsequi par est primam satisque obscuram Carionis novae fortunae significationem. Contra, si quid, chori bilem movere necesse erat verba πρεσβυτικῶν κτλ., quae quoquo loco leguntur utique curiosum chori rei cognoscendae studium aegerrime turbant vel etiam

omnem spem evertunt. Ab hac parte probari potest ea transpositio, quam ego ante Kappeynium in Libro miscellaneo p. 63 proposui quamque in annalibus philologicis l. l. me defensurum esse dixi, dum aliquid melius inventum esset. Volui enim versum 264 ἔστιν δὲ δὴ τί χτλ., id quod et in codicibus et in editionibus fit, excipere v. 263 φυχροῦ βίου χτλ.; item v. 265 ἔχων ἀφῆται χτλ. illum subsequi, deinde autem vv. 268. 269 ὡς χρυσὸν ἀγγεῖλας ἐπῶν χτλ. — χρημάτων ἔχοντα et Carionis verba πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔγωγ' ἔχοντα σωρόν, quibus idem adderet ρύπωντα κυφὸν ἄθλιον ρύσὸν μαδῶντα νωδίν· οἷμαι δὲ νῆ τὸν οὐρανὸν καὶ φωλὸν αὐτὸν εἶναι. Post v. 265 autem excidisse conieci unum versum fere talem:

δες πάντας ὑμᾶς δλθίους καὶ πλονούσους ποιήσει.

Sed hanc transpositionem propterea intolerabilem esse puto, quod ad chori verba δηλοῖς γὰρ χτλ. Cario non potest respondere: πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν χτλ. nisi malis senilibus antea enarratis. Ac quae tum me moverunt causae, eas nunc contemno et quae in codicibus leguntur, sic interpretor. Chorus senum auribus utitur non ita subtilibus, sed quae paululum iam obsurduerunt, ut Cario audere possit, ei v. 261 dicere, se iamdudum aperuisse, cur erus illum vocaverit, eum autem non audivisse. Itaque cum inde, quod Cario v. 262 sq. promiserat, eos misera vita liberatos victuros esse, chorus conlegisset, Chremylum subito divitem factum esse, gaudio maximo captus quae optabat credens Carionem mala senilia enarrantem audire sibi videtur enarrare rerum pretiosissimarum longam seriem. Respondet igitur cum risu eorum, qui audiunt, ὡς χρυσὸν ἀγγεῖλας ἐπῶν πῶς φῆς; πάλιν φράσον μοι· δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα, cui Cario verissime: πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔγωγ' ἔχοντα σωρόν. Qua in interpretatione ea re non impedior, quod senum surdidatis postea nullum extat vestigium; nam quae non abhorrebat a senum natura, ea postquam semel risum eorum qui audiebant movit, facile poterat postea neglegi a poeta comico.

Me non felicior fuit Heimreichius l. l. p. 17 cum ex versibus vv. 140—148 duos transponeret. Miratus enim Plutum tota Chremyli argumentatione v. 142 finita nunc demum v. 143 τί λέγεις; δι' ἐμὲ θύνουσιν αὐτῷ; XPE. φῆμ' ἔγώ de illius sententia, ex qua mortales propter divitias sacra facere contenderat, dubitare, cum Aristophanem hanc Pluti stultitiam mentisque tarditatem picturum fuisse non crederet, v. 143 suum tenere locum negavit. Spero fore ut mirari ac de horum versuum ordine dubitare desinat, si legerit, quae ego Ztsch. f. d. Gymn. XX p. 222 exposui; ubi Av. 1446. 1542. Eccl. 457. 717. Plut. 143 quinque locis inter se conlatis eum in conloquendo morem Aristophanis personis vindicavi, quo vel omni dubitatione exempta tamen, quod prorsus novum didicimus, nos nondum satis concoxisse talibus interrogationibus paene in-
viti prodimus. Sed homo doctissimus non satis habuit transposuisse v. 143 post v. 133

θύνουσι δ' αὐτῷ διὰ τίν'; οὐδὲ διὰ τούτον; ubi Chremyli argumentationem interrumperet, verum errore errorem pariente transposuit etiam v. 146 ἀπαντά τῷ πλούτεῳ γάρ ἐσθ' ὅπήκοα post v. 147 τὴν δύναμιν ἣν λυπῇ τι καταλύσεις μόνος et Carioni tribuit demptum Chremylo. Qui quod v. 146 postquam Plutum non modo Iove multo esse potentiores, sed quaecunque mortalium animos oblectarent Pluto deberi adfirmavisset, ad rem peractam rediret iam omnia Pluto parere dicens, id non esse tolerandum, atque ipsum versum, in quo sententia nimis plana inesset, servum magis decere quam dominum pro argumentis addidit; quali argumentationi ipsum nunc crediturum esse negaverim.

Quae cum ita sint, videtur omnium Pluti versuum is nobis traditus esse ordo, quem Aristophanes ipse voluit.

Transeamus ad emendandi aliud genus, quo *personarum notis commutatis*, quae tradita sunt, aliter inter eos qui agunt distribuuntur. Cuius generis emendationes propterea inter facillimas sunt, quia in codicibus aliam personam loqui incipere lineola vel nominis primis litteris indicari solebat, interdum vero etiam omnis personae significatio vel temere vel consulto in praesens omittebatur. Inde patet paene nihil difficultatis esse in eis personarum permutationibus, quibus prorsus eadē verba ac totidem alii personae tribuuntur, notis tantum personarum mutatis. Paulo difficiliores videntur neque tamen non faciles esse eae, quibus quae verba in codicibus unius personae sunt, dissecta duabus distribuuntur. Maxime vero impeditum id genus est, quo personae mutantur commutatis etiam verbis, neque tamen impeditius quam omnes eae emendationes, quae diversis emendandi generibus coniunctis efficiuntur.

Ad primum genus pertinet, quod Hemsterhusius v. 65 εἰ μὴ φράσεις γάρ, ἀπό σ' δλῶ χαχὸν χαχῶς, quem libri Chremylo continuant, Carioni dedit firmissimus usus argumentis. Quibus Hirschigius Philol. V p. 278 contra novissimos editores, qui Hemsterhusium secuti sunt, hoc unum opposuit, γάρ illud in secundo versu priori secundum iungendum esse clamare eidemque personae tribuendum, tanquam non possit aliquis alias verba ita sua reddere, ut illis sua per γάρ particulam adnectat; id quod apud Aristophanem saepissime fieri exemplis demonstrare taedet.

Quanquam multae huius modi quaestiones ad sensum redeunt. Quod fieri necesse est, cum eiusdem factionis duae personae tertiae obsistunt neque alia indicia quam morum discrimina praesto sunt. Sic nolenti persuadere non poteris v. 78 sq. verba ὡς μιαρώτατε ἀνδρῶν ἀπάντων, εἴτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὡν; Carioni, quae secuntur v. 80 σὺ Πλοῦτος, — v. 82 ἐχεῖνος ὄντως εἰ σὺ; Chremylo tribuenda

esse, sed bene factum puto, quod Bergkius Meinekius Dindorfius Kappeynius sic voluerunt erum cum servo conloqui, ut uteque verbis utatur, quae ipsi convenient. v. 99 autem *χαὶ θαῦμά γ' οὐδέν· οὐδ' ἐγώ γὰρ δὲ βλέπων* fortasse Carioni melius quam Chremylo tribui obiter monui Lib. misc. p. 61. Illum enim hoc magis contemnere hominum genus, quale tunc erat, ex v. 153 sq. discimus et omnino ad omne ioci genus promptissimum esse scimus, cum Chremylus, qui v. 97 ex Pluto quaerit, num iam ad probos homines migraturus sit, qui v. 218 sq. sibi socios extituros esse dicit, quicunque probi penuria oppressi fuerint, qui inde a v. 489 non tam suam quam omnium bonorum hominum causam dicit, si sibi constare volet, non poterit negare se ex longo tempore quemquam iustum vidiisse.

Similis difficultas in ea fabulae parte est, in qua Chremylo et Blepsidemo Paupertas adversatur. Apud Hemsterhusium inde a v. 476 Blepsidemo tacente inter se conloquuntur Chremylus et Paupertas usque ad v. 483, ubi Blepsidemus: *ἴκανος νομίζεις δῆτα θανάτους εἶχοσν;* cui Chremylus: *ταύτη γε· νῷν δὲ δύ' ἀποχρήσουσιν μόνων;* apud Thierschium primum Blepsidemus cum Paupertate conloquitur, v. 480 autem Chremylus interrogat: *τί δῆτά σοι κτλ.,* v. 481 idem respondet *χαλῶς λέγεις* ac Blepsidemo v. 483 quaerenti *ἴκανος κτλ.* regerit: *ταύτη γε· νῷν δὲ κτλ.* cum Dindorfius in Lipsiensi scenicorum poetarum editione novissima in ceteris rebus consentiens v. 483 Chremylo, eum qui sequitur Blepsidemo tribuat. Bergkius Meinekius Kappeynius etiam hoc loco consentientes Blepsidemum a v. 451 ad v. 483 tacentem ac tum demum a Chremylo interrogatum *ταύτη γε· νῷν δὲ κτλ.* dicentem faciunt. Haec ratio, quam extra omnem dubitationem ponere nequeo, tamen maxime mihi probatur, quia bene fit, quod Blepsidemus v. 452 a Chremylo confirmatus quidem, sed etiam tum timidiissimus non loquitur, priusquam interrogatus sit.

In ea parte, quae a sycophanta ac Carione Iustoque v. 850—958 agitur, personas dirimere facilius est, postquam Chremylum inde a v. 802 abesse Beerius (Ueber die Zahl der Schauspieler bei Aristophanes p. 97 sq.) luculentissime demonstravit. Primum enim cum ex v. 880 sq. *οἴμη τάλας· μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾶς;* *κτλ.* Iustum in sycphantam ante v. 877 non invectum fuisse adpareat, consentaneum est, eius esse tantum vv. 860—862, qui ab alio pronuntiati sint necesse est ac qui sequitur versus magisque quam hic Iusto convenientes ad Carionis quaestionem v. 856 respondere videntur. Neque aliter hos versus novissimi editores distribuerunt. Differunt demum v. 896 sq., ubi Bergkius et Kappeynius verba, quae sunt *χαχόδαιμον,* *δσφραίνει τι;* Iusto, Carioni quae secuntur *τοῦ φύχους γ' ἵσως, ἐπεὶ τοιοῦτόν γ' ἀμπέχεται τριβάνεον* tribuunt, Dindorfius haec omnia Carioni, Meinekius interrogationem illam Carioni, Iusto responsum adsignat. Alterum versum non sibi soli,

sed etiam Meinekio Kappeynio Dindorfio speciosa emendatione sanavisse visus est Velsenus Symb. phil. Bonn. I p. 417 scribendum coniciens: ἐπεὶ τοιοῦτ' ἀμφέξεται τριβώνιον vel, quod Aristophanes etsi usurpaverit horum pronominum formas in — o desinentes praeter eas, quae in — ov exeunt, ut τοσοῦτο Equ. 1234. ταῦτα Plut. 153. Nub. 234. 663. Thesm. 745 τυννοῦτον et τυννοῦτο, tamen non videatur illud — o voluisse elidi, ἐπεὶ γε τοῦτ' ἀμφέξεται τριβώνιον. Quibus coniecturis Meinekius Vind. p. 218 suam addidit: ἐπεὶ τοιοῦτό γ' ἀμφιεῖ τριβώνιον et Kappeynius: ἐπεὶ τοδί γ' ἀμφέξεται τὸ τριβώνιον. Ego hunc locum emendatum esse non potui mihi persuadere. Si enim vere dixit Velsenus, his verbis significandum esse, odorari sycophantam vel praesentire frigus, quo Iustus pallio trito illo indutus laboratus sit, Aristophanem miror ioco, qui multo post agendus est, eo quod eum clare praedici facit, tantum festivitatis detrahere voluisse. Deinde cum hoc Carionis consilium non sycophantae, sed eis tantum, qui audiebant, aperiri consentaneum sit, quo tandem sycophantae verba ταῦτ' οὐν ἀνασχέτ' ἔστιν, ὡς Ζεῦ καὶ θεοῖ, τούτους δηρίζει εἰς ἔμ'; respiciant intellegi nequit. Has difficultates cum eis, quas Velsenus detexit, evitari video, si hunc locum neque emendatum neque emendandum sic interpretor. Cario, quo magis sycophantae iram commoveat, qua solet impudentia eum etiam pauperiorem quam nunc est iam trito pallio male tectum frigus naribus haurientem fingit et quod solum in eo pristinam fortunam referebat, pallium cum contemptu τοιοῦτον — τριβώνιον dicit, tanquam pro vestimentorum splendore, quibus boni homines mutata fortuna utantur, vilissimum sit. Quam superbiam iure sycophanta versibus qui secuntur conqueritur. Ut autem ad propositum redeamus, id non dubito, quia verba quae sunt τοῦ φύχους γ' ιως ἐπεὶ τοιοῦτόν γ' ἀμπέχεται τριβώνιον Carioni tribuendi sint, cuius dicendi generi cum optime etiam κακόδαιμον, δοφράνει τι; verba convenient, cum Dindorfio omnia huic uni adsignaverim, ut is a sycophanta ad theatrum se convertere putandus sit.

Iterum dissentiant editores de vv. 926. 7. Unus Kappeynius verba quae sunt κατάθου ταχέως θοιμάτιον et ἔπειτ' ὑπόλινσαι Carioni, Iusto οὗτος, σοὶ λέγει et πάντα ταῦτα σοὶ λέγει tribuit, Dindorfius Meinekius Bergkius contrariam prae-tulerunt distributionem. Mihi Kappeynii ratio probatur. Cario enim dum disputabatur, usque tacebat; simulatque autem agere tempus esse visum est, ipse incipit. Iustum autem ne voluisse quidem sycophantam exui videtur conligi posse ex v. 937, ubi pallium suum ad illum vestiendum Carioni tradere recusat.

Admodum difficilis quaestio est de vv. 163—180 recte distribuendis. Simplissimam viam ingressus est Dindorfius, qui vv. 160 τέχναι δὲ πᾶσαι κτλ. — v. 163 δ' ἀλούς γε μοιχδός διὰ σέ που παρατίλλεται Chremylo, vv. 170 μέγας δὲ βα-

σιλεὺς κτλ. — v. 180 δὲ *Τιμοθέου δὲ πύργος κτλ.* Carioni tribuit, ita ut ille omnes adfirmativas, hic interrogativas enuntiationes omnes proferat. Hanc rationem propterea improbo, quod ut Cobeti verbis (Mnem. VI p. 368. N. L. p. 435) utar »notissimum est δέ γε usurpari solere quum duae res ita inter se componuntur, ut altera plus habeat ponderis; quapropter in iurgiis frequentissimum est, ubi δέ γε responsantis est et maledicto maledictum, convicio convicium gravius reponentis.« Similiter hoc loco vv. 164—168 δέ γε conici licet semper eius esse, qui alterum superare et quod is dixerat augere studeat, id quod Hirschigius Philol. V. p. 279 recte inlustravit similitudine duorum locorum Ach. 1104 sq. et Equ. 363 sq., ubi δέ γε eodem modo in conloquio paulo concitatiore usurpatum. Hac de causa Equ. 1204 ἐγὼ δ' ἐκενδύνευσ', ἐγὼ δ' ὥπτησά γε versum inter Insiciarum et Cleonem distribuendum esse censeo. Id enim pro certo habeo, similitudinem rei apud Pylum factae furtique leporum utique esse tenendam; quod fit si τὸ κωδυνεύειν Insiciario, qui non minore cum periculo furtum se commisise simulare potest quam cum quo Cleo Demostheni gloriam surrepturus imperium susceperat, τὸ δπτᾶν vero Cleoni tribuitur, qui nunc Demosthenis partes agens ut ille omnia ad capiendos Lacedaemonios sic ipse ad comedendos lepores paraverat. Hac interpretatione necessitate quadam eo adducimur, ut ante hunc versum Aristophanem coniciamus Cleonem aliquid interponentem fecisse, quod temporum iniuria periit. Ut autem ad Plutum redeamus, ex illa observatione ut consequitur, priores versus non Chremylo continuandos esse, sed inter erum ac servum distribuendos, ita posteriores non Carioni soli dandi esse propterea videntur quod promiscue vv. 170. 171. 173. 174. 176 pronomine demonstrativo, vv. 172. 177. 178. 179 pronomine personali altero Plutus significatur vel appellatur. Hoc discrimen non dubito quin causa fuerit, cur Bergkius hos versus:

- 170 sq. μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομῆ; ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται;
- 173 sq. τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ἔνεικὸν οὐχ οὗτος τρέψει; δ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαίσεται;
- 176 Ἀγύρριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

Carioni, Chremylo hos tribueret:

- 172 τί δέ; τὰς τρήρεις οὐ σὺ πληροῖς; εἰπέ μοι.
- 175 δ Βελονοπάλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου;
- 177 sq. Φιλέφιος δ' οὐχ ἔνεκα σαῦ μύθους λέγει; ἡ ξυμμαχία δ' οὐ διὰ σὲ τοῖς Αἴγυπτοις; ἐρῷ δὲ Λαῖς οὐ διὰ σὲ Φιλανίδου;

Haec personarum distributio, quam Kappeynius secutus est, nisi quod incerta de causa v. 170 et 173 Chremylo tribuit, non ea est quam non possimus non comprobare. Altercantibus enim Chremylo et Carioni cur non liceat utrique nunc hoc nunc illo modo Plutum significare? Firmiore certe nititur fundamento Meinekii horum versuum distribuendorum ratio, qui Carionem et Chremylum singulos alternos versus dicentes facit, vv. 166 et 167 priores partes Chremylo, secundas Carioni tribuens, ita ut per totum locum perfecta stichomythia, quae dicitur, existat. Cui cum hic locus aptissimus sit, ego non dubitarem, quin Meinekium sequerer, si mihi haec fabula edenda esset, nisi quod cum Hirschigio v. 163 Chremylo continuarem. Hoc si fit, deinceps personae mutandae et v. 168, cui magis convenit, Carioni dandus est. Quominus autem ceteris quoque personarum notis mutatis v. 170 Chremylo, v. 179 Carioni ac deinde v. 180 priorem partem ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος Chremylo demus, non impedimur quae secuntur verbis ἐμπέσοι γέ σοι vulgo Chremylo adsignatis; haec enim verba rectissime primus Kappeynius Meinekio (in adnotatione critica editionis) obsecutus Pluto tribuit. Sic hic locus constituendus esse mihi videtur, quanquam repeto, certi quidquam de hoc genere vix posse statui.

Versuum 190—192 singula verba ita distribuenda esse ut Chremylus dicat: ἔρωτος, μονσικῆς, τιμῆς, ἀνδραγαθίας, φιλοτιμίας, στρατηγίας, quae omnia ad animum pertinent, Cario quae ad corporis voluptates, haec: ἄρτων, τραγημάτων, πλαχούντων, ἰσχάδων, μάζης, φυκῆς, omnes editores intellexerunt, unus Hirschigius l. l. v. 180 non intellexit. »Nimirum« inquit »τῶν μὲν γὰρ ἄλλων — et σοῦ δ' ἐγένετ' interposita disiungi non sinunt; praeter quam quod talis divisio in huic simili enumeratione ac cumulatione nusquam apud hunc poetam occurrit et per se nescio quid ἀναριστοφανικόν habet,« quae refutari, antequam demonstrata sint, opus esse nego.

Fit etiam ut personarum notae vel prorsus deleantur vel novo loco adiciantur. Illud me admisisse poenitet cum De Rav. et Ven. p. 29 v. 664 ἡσαν δέ τινες κάλλοι δεόμενοι τοῦ θεοῦ Carioni continuandum esse adnotarem; quod enim non intellegebam, cur mulier etiam alios dei auxilio egentes adfuisse suspicaretur — id facillimum est ad intellegendum; nam ἡμῶν ἔχαστος vix poterat de duobus graece dici. Contra iure me versui 106 Carionis nomen adiecissem supra vidimus. Non minus recte Kappeynius v. 27 inter verba πιστότατον ἥγοῦματ σε et καὶ κλεπτίστατον nominis notam Carionis inserendum esse coniecit, cui hunc leporem quam maxime convenire quisque semel monitus concedet. De v. 116 difficilius est iudicare. Meinekius enim in adnotatione critica βλέψαι ποιήσας verba fortasse per interrogationem elata cum Pluti verbis coniungenda esse suspicatur, ita ut Chremylus dicat:

οίμαι γάρ οίμαι σὸν θεῷ δ' εἰρήσεται
ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς δφθαλμίας,

Plutus respondeat:

βλέψαι ποιήσας; μηδαμῶς τοῦτ' ἐργάση.
οὐ βούλομαι γάρ πάλιν δναβλέψαι.

Quam conjecturam aliquid commendationis habere Kappeynius adnotat; ego his hominibus doctissimis adsentiri non possum. Primum enim intellegi quidem poterant, quae v. 115 Chremylus dicit: *ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς δφθαλμίας*, sed recte is facit, quod paulo uberior ac gravius praeclarum illud facinus significat, quod adgressurus est. Deinde Meinekii scriptura mihi non prorsus cum Aristophanis dicendi usu congruere videtur, qui addito quidem pronomine interrogativo novi verbi participium in interrogative verbo finito orba haud raro usurpat, ut Plut. 907 sq. τὰν τῆς πόλεώς εἰμ' ἐπιμελητὴς πραγμάτων καὶ τῶν ἱδίων πάντων, — σύ, τί παθών; — βούλομαι, cf. Ach. 46 τίς ἄν; 914 τί ἀδικειμένος; Equ. 741 τί δρῶν; Nub. 893 τίς ἄν; 895 τί σοφὸν ποιῶν; 900 τί ποιῶν; Ran. 71 τί βουλόμενος; non addito pronomine interrogativo non usurpat, nisi ex proximis verbis repetitum ut Plut. 463 σὲ πρῶτον ἐκβαλόντες ἐχ τῆς Ἑλλάδος. — εμ' ἐκβαλόντες; καὶ τί δν κτλ. Ceterum μηδαμῶς cum apud Aristophanem et in Comicorum poetarum fragmentis, nisi fallor, septies decies in responsi graviter negantis vel recusantis vel deprecantis initio (Ach. 297. 324. 590. Nub. 84 Vesp. 854. 1164. 1211. 1252. Pac. 385. 926. 1260. Av. 145. Lys. 822. 916. Ran. 581. Eccl. 562. 869.) usu veniat, semel tantum ita usurpatur, ut quae antea dicta sunt, brevi interrogatione comprehensa repetantur ac tum demum μηδαμῶς inferatur. Dico Pac. 926, ubi postquam Trygaeus interrogavit:

τί δὰς δοκεῖ; βούλεσθε λαριωφ βοῖ; scil. ἴδρυειν τὴν Εἰρήνην
chorus respondet:

βοῖ; μηδαμῶς, ἵνα μὴ βοηθεῖν ποι δέη.

quo loco cum leporis summa in soni similitudine harum vocum βοῖ et βοηθεῖν posita sit, illa non sine idonea causa repetitur.

Pervenimus ad v. 148. Cario haec dicit:

ἔγωγέ τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον
δοῦλος γεγένημαι διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἵσως.

Verba postrema διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἵσως Dobraeus Adv. II p. 132 interrogatione elata Pluto adsignanda esse censuit. Ex editoribus nemo quidem secutus est, sed fere non omiserunt, quam sententiam silentio quae praetermittatur dignam esse facile est ad demonstrandum. Primo enim adspectu quanquam infelix abundantia verborum esse videtur ac splendidissima est Heimreichii l. l. p. 19 conjectura, quae apud scholiastam

legerentur Ravennatem: πρότερον δν ἐλεύθερος, haec verba Aristophanis esse rati, tamen tali auxilio critico abstinentum esse puto, quia μικρὸν δρυγρίδιον cum sit ut parvam ἔμιhi parem pecuniam διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ισως verba declarant, cur Cario omnino coactus sit, servitute voluntaria parcum quaerere victimum.

v. 580 ex Bentlei coniectura omnes, qui hanc fabulam ediderunt, καὶ εἶνος γὰρ τὸν πλοῦτον ἔχει Chremylo continuaverunt, ταῦτην δὲ ἡμῖν ἀποπέμπει Blepsidemo tribuerunt. Unus Thierschius totum versum Chremyli esse voluit, in proximo autem versu φύσεις in oratione universa pro φύσομεν dictum esse hoc sensu: »Ergo contendi potest, Iovem non bene discernere, quid optimum sit. Nam ille habet Plutum et hancce nobis mittit«. Cui interpretationi ego non subscribo, quia in dialogo altera persona simpliciter non potest referri nisi ad eum, cum quo aliquis conloquitur. Sed alia interpretatio praesto est: poterat enim Chremylus postquam priorem versum ad paupertatem dixit ad socium suum vel ad spectatores conversus in altero versu de eadem pronomen demonstrativum usurpare, ut supra vv. 896. 7 priora verba ad sycophantam, posteriora ad theatrum conversus Cario dixisse nobis visus est. Atque id fit et in tragedia et in comoedia, ut demonstrativo pronomine is significetur, quo-cum qui dicit conloquitur, isque ut adpellatus respondeat. Iam in censura Helder-manni dissertationis supra commemorata in Fleckeiseni annalibus 1867 p. 403 eius modi locos concessi hos: Vesp. 168 ΒΔΕ. ἀνθρωπος οὗτος μέγα τι δραστεῖ κακὸν ΦΙΔ. μὰ τὸν Δί' οὐδὲ τὸν δὲ ποδόσθαι βούλομαι κτλ. Eccl. postquam v. 809 Chremes interrogavit: Καλλίμαχος δέ ὁ χοροδιάσκαλος αὐτοῖσιν εἰσοίσει τι; unus vir respondet πλεῖστος Καλλίου. Deinde Chremes: ἀνθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσίαν, ac vir: δεωδὺ λέγεις. Soph. O. T. 1160 sq.:

ΟΙΔ. ἀνὴρ δόδ' ὃς ἔοικεν ἐς τριβὰς ἐλᾶ.

ΘΕΡ. οὐ δῆτ' ἔγωγ'· ἀλλ' εἴπον, ὃς δοίην, πάλαι.

Itaque immerito Kappeynius vv. 505. 6 οὐδοῦν εἶναι φῆμ', εἰ παύσαι ταῦ-την βλέφας ποθ' δὲ Πλοῦτος, δόδον δὲ τιν' λὰν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' δι- μείζω πορίσειεν Chremylo, quem par est orationi suae atque argumentationi ipsum conclusionem addere, ademptos Blepsidemo tribuit. Eadem vero de causa v. 580 ταῦ- την δὲ ἡμῖν ἀποπέμπει verba Chremylo continuari posse puto; nam ea re non impedior, quod Paupertas statim ambos et Chremylum et Blepsidemum adloquitur:

ἀλλ' ᾧ Κρονικαῖς λήμαις ὅντως λημῶντες τὰς φρένας ἄμφω,

quia per hoc totum certamen, quod est inter Chremylum et Paupertatem, etsi Blepsi-demus tacitus adstat, unum versum 499 οὐδέν· ἔγώ σοι τούτου μάρτυς· μηδὲν ταῦτην γένερώτα interponens, tamen Paupertas iterum atque iterum utrumque adversarium adloquitur, v. 507 ἀλλ' ᾧ πάντων ῥῆστ' ἀνθρώπων ἀναπεισθέντ' οὐδὲ ὑγιαίνειν δύο

πρεσβύτα, ξυνθιασώτα κτλ., ν. 529 ὅπόταν νύμφην ἀγάρησθον, ν. 532 ὡν δεῖσθον, ν. 550 ὑμεῖς γε, ν. 563 περανῶ σφῶν, ν. 593 τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾶν δμᾶς ὡς οὐ πάντ' ἔστ' ἀγάθ' ὑμῶν διὰ τὴν Πενίαν. Etiam ν. 118 ἀνθρωπος οὗτός εστιν ἄθλιος φύσει, quanquam nihil statuo, Chremylo, qui versu proximo τί φής; interrogavit, continuari posse mihi videtur, quibus verbis quae Plutus respondet, ea eiusdem pronominis demonstrativi usus exemplum sunt.

Paucis quibusdam huius fabulae locis conati sunt una vocula a ceteris divellenda aliquique personae tribuenda poetæ subvenire. Quod ego infelicissime feci ν. 215 ΠΛ. ὀρᾶτε. XPE. μὴ φρόντιζε μηδὲν ὥγαθέ, cum. Lib. Misc. p. 62 praeter ὀρᾶτε etiam quod sequitur μὴ vulgo Chremylo tributum Pluto dandum esse conicerem atque insuper ὀρᾶτε in ὀρα δέ praeter necessitatem commutarem. Sed ipse me refutavi in Fleckeiseni annalibus 1868 p. 474 adlato Soph. O. C. 654 ὀρα με λείπων — μὴ δίδασκ' Δημόκριτον, ubi ὀρᾶν prorsus eodem modo usurpatum est. Cum μὴ φρόντιζε μηδὲν vero conferas quaeso ν. 208 μή νυν μελέτω σοι μηδέν. Non magis autem quae eodem fere tempore edita est Velseni conjectura mihi probatur de ν. 704, qua Symb. phil. Bonn. I p. 415 hunc versum sic scribendum esse coniecit:

ΓΥ. αὐτὸς δ' ἔκεινος οὖ; ΚΑΡ. μὰ Δί' οὐδ' ἐφρόντισεν.

Primū enim οὐ μὰ Δί' οὐδ' ἐφρόντισεν verba esse respondentis Carionis mihi quam maxime similitudine probatur loci Ran. 493, ubi Dionysō interroganti:

οὐ δ' οὐκ ἔδεισας τὸν φύφον τῶν ρημάτων
καὶ τὰς ἀπειλάς;

Xanthias respondet:

οὐ μὰ Δί' οὐδ' ἐφρόντισα.

Quo etsi satis leve tamen non prorsus contempnendum argumentum id accedit, quod similiter postquam caesura penthemimeris interrogationi finem fecit, responsum negativum ab οὐ μὰ Δί' his locis incipit: Ran. 645 ἦδη πάταξά σ'; — οὐ μὰ Δί' οὐκ ἔμοὶ δοκεῖς ib. 650 μῶν ἀδυνήθης; — οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἐφρόντισα, Eccl. 556 τί δρᾶν; ὑφαίνεν; — οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἄρχεν, Vesp. 193 ἐγὼ πονηρός; οὐ μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ οἰσθα σύ, cum quibus locis obiter confer Euripidis Cyclopis 154 εἰδες γὰρ αὐτήν; — οὐ μὰ Δί' ἀλλ' δοφραίνομαι, 560 φνοχός ἀδικος — οὐ μὰ Δί' ἀλλ' φνος γλυκύς et 558 ἀπολεῖς· δὸς οὗτως. — ναὶ μὰ Δί' οὐ πρὶν ἀν γε σέ. Sed gravius habeo argumentum, quo Velseni conjecturam et Meinekio Vind. p. 214 probatam et Kappeynio propter scholiastæ adnotationem, quae est: αὐτὸς δ' ἔκεινος: τῆς ρινὸς οὐκ ἐπελάβετο δῆλον. haud improbablem visam redarguam. Paene ridiculum est, diserte negari Aesculapium ipsum nasum compressisse. Virginum erat erubescere et odorem anxie arcere, patris vero punire eum, qui filiarum sensus violaverat deique praesentiam contempserat.

Id ne fecerit eram metuere consentaneum est. Itaque poeta debebat eam vel dicentem facere, ut aliquid proponam:

*ἀὐτὸς δ' ἔκεινος [οὗ σε τῇ βακτηρίᾳ
ἐπάταξεν εὐθύς;] ΚΑ. οὐ μὰ Δί' οὐδὲ ἐφρόντισεν*

vel postquam *αὐτὸς δ' ἔκεινος* dixit, interrumpi a Carione, qui quid ea vellet non minus intellecturus erat quam qui audiebant. Atque sic interrogatione sublata hunc locum legi iam Porsonus voluit.

Quae hic Aristophani obtrudenda esse non Velseno soli visa est caesura media, alio loco tollitur felicissima C. Fr. Hermanni (Philol. III p. 512) conjectura, qui v. 401 νώ non ut in omnibus ad hunc diem editionibus factum est Chremylo, sed interrogatione elatum Blepsidemo tribuendum esse dixit, ita ut legatur:

XPE. βλέψαι ποιῆσαι — ΒΛΕ. νώ; τίνα βλέψαι; φράσον,

quod Bergkius ita probavit, ut Hermanni immemor fortasse scribendum esse adnotaret:

XPE. βλέψαι ποιῆσαι — ΒΛΕ. νώ τίνα βλέψαι; φράσον.

Ego praetulerim Hermanni emendationem, quae nimis longa nocte obducta fuit in Philologii miscellis latens cf. Av. 466 sq. οὐτως ὅμων ὑπεραλγῶ, οἵτινες ὄντες πρότερον βασιλῆς — ΧΟ. ἡμεῖς βασιλῆς; τίνος ἡμεῖς;

Versum proximum:

οὐδὲ τῷ μεταδοῦναι; XPE. μὰ Δία. δεῖ γὰρ πρῶτα ΒΛ. τί;
ultima vocula excepta totum Chremylo tribuendum et sic constituendum proponit Kappennius:

XP. ἐν τῷ μεταδοῦναι; μὰ Δία. δεῖ γὰρ πρῶτα — ΒΛ. τί;

Chr. Num putas rem iam in eo esse ut amicis meis de Pluto impertire possim? vah, minime! « Οὐ in ἐν commutandum esse ipse conieceram, sed interrogationis signo de leto μὰ Δία cum eis quae antecedunt coniungendum esse ratus ita ut Chremylus a Blepsidemo τί φήσ; verbis interrogatus nunc pro ἐν τούτῳ ad intellegendum aptius ἐν τῷ μεταδοῦναι dicat addita μὰ Δία formula iurandi.

Hoc loco codicum verba non mutavimus, ut aliter ea distribuere possemus, sed quia, utut distribuebantur, praepositionem desiderabamus. Illud commissum est v. 44 a Cobeto: Postquam Chremylus Apollinis oraculum narravit, Cario vulgo hanc interrogationem interponit:

καὶ τῷ ξυναντῷς δῆτα πρώτῳ;

cui Chremylus:

τουτῷ.

Qui primus in hoc versu offendit, Hemsterhusium emendationem suam: καὶ τῷ δε

ξυναντὰς δῆτα πρώτῳ τοιτῷ nulli editori probavisse non miror; Kappennyus autem quod Cobetum secutus totum versum Carioni datum sic scripsit:

χάτα ξυναντὰς δῆτα πρώτῳ τοιτῷ,

id miror. Accusator Nov. Lect. p. 28 haec dicit: »Insulsum et inficetum est, id quaerere ex hero Carionem id que Chremylum respondere, quod neque servus scurra et callidus, neque spectatorum quisquam, neque nunc lectorum requirere poterat, τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν, αὐτὸν γὰρ βοῶ. Itaque Cario ubi Dei praeceptum audivit, continuo heri errorem scilicet perspicit et ita dicit:

χάτα ξυναντὰς δῆτα πρώτῳ τοιτῷ.

εἰτ' οὐ ξυνιεῖς τὴν διάγοιαν τοῦ θεοῦ;«

Verum est Carionem quaerere, quod quaeri non opus est, sed quaerit idonea de causa, ut Chremyli narrationi finem imponat ac postquam Chremylus responderit, quod eum responsurum esse sciebat, praematuram oraculi interpretationem addat. Ita antea v. 39 Chremyli tardam narrationem idem Cario accelerare studet interposita interrogatione:

τί δῆτα Φοῖβος ἔλαχεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

in qua ut hoc loco δῆτα particulam interrogativo pronomini additam vides.

Vix memoratu dignum est, Hirschigium v. 67 λέγω in λέγεις commutato effecisse, ut v. 66 videatur Chremylo continuari posse, quem Carioni relinquendum esse supra vidimus Hemsterhusium demonstrasse.

v. 70 sq. Bergkius coniecit scribendum esse:

ἄπειμ' οὐ' ἔκειθεν ἐκτραχηλισθῆ πεσών.

ἀλλ' ἔρρε ταχέως. XPE. μηδαμῶς· οὔκουν ἔρεις;

ἀλρε in ἔρρε commutato et personis aliter distributis. Haec coniectura inter eas est, quas cum non liqueat cur factae sint, non licet refellere, reicere vero licet, dummodo quod legitur si recte interpretatus eris offensionis nihil habeat. Nam quae hic leguntur planissima esse videntur. Chremylus verbis: ἀλλ' αλρε ταχέως Carionem ut exequatur quod proposuerat, Plutum tollere iubet; Plutus id deprecatur μηδαμῶς vocabulo, ut videri possit iam velle profiteri quis sit; quapropter Chremylus denuo sperans quaerit: οὔκουν_ἔρεις;

Eiusdem generis ea coniectura esse videtur, qua idem homo doctissimus v. 1078 sq. quamvis dubitanter scribendum proposuit:

οὐκ ἄν ποτ' ἀλλψ τοῦτ' ἐπέτρεψ' ἔγώ. XPE. πόθεν;

Νῦν δ' ἀπιθε χαίρων συλλαβῶν τὴν μείραν.

ΓΡ. Οἰδα τὸν νοῦν· οὐκέτ' ἀξιοῖς θῶς

εἶναι μετ' ἐμοῦ· τίς δ' οὐπιτρέψων ἐστι, τίς;

Videas quaeso, quae nos supra de hoc loco disseruimus.

Item supra causas exposui, cur v. 1042 τί φησιν; verba anui relinquenda neque in σέ φησιν commutata Chremylo tribuenda esse censem.

v. 840 ἀλλ' οὐχὶ νῦν post Bergkium omnes editores rectissime Iusto tribuerunt, de versu proximo autem αὐχμὸς γὰρ ὁν τῶν σκευαρίων μὲν ἀπώλεσεν homines docti valde dissentunt. Quod enim codices praebent pronomen primae personae, id Meinekius primus in editione in alterius commutavit totumque versum Carioni tribuit. Cui Velsenus Symb. phil. Bonn. I p. 417 adsensus est, Kapppeynius ne sic quidem versum, in quo ὁν participium expediri non posset, sanatum esse ratus vulgatam scripturam tenuit. Neque ego puto Meinekium Vind. p. 101 exemplis congestis inter se dissimilimis hunc participii usum explicavisse. Sed hunc versum, quem ita ut ipse dubitare desinerem nondum potui interpretari, tamen corruptum esse mihi persuadere nequeo et quominus Carioni concedam, codicum omnium communis lectione impeditior.

v. 902 denuo repellendum est Hirschigii rerum novarum studium, quo Philol. V p. 288, quas sycophanta dicebat, τὸ τί; voculas in τοδὶ mutatas Iusto continuavit, ita ut is dicat:

καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόχριναι μοι τοδὶ·
γεωργὸς εἰ;

Causam cur hoc mallet non explicavit, sed conferri iussit:

Thesm. 740 παράβαλλε δῆτα· σὺ δὲ ἀπόχριναι μοι τοδὶ,
τοὐτὶ τεκεῖν φήσ·, κτλ.

et Nub. 746 item falso Ravennatem τὸ τί; exhibere Socratische adsignare dixit; nam τοδὶ scribendum et hunc in modum Strepsiadi continuandum esse:

εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδὶ·
γυναικα φαρμακίδ’ κτλ.

Poterat hanc coniecturam magis etiam ornare similitudine eiusdem fabulae v. 500:

εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδὶ·
ἢν ἐπιμελὺς ὁ κτλ.

Nub. 749 τοδὶ scribendum esse etiam Fritzschius ad Thesm. 773 coniecit, qui huius fabulae v. 740 σὺ δὲ ἀπόχριναι μοι ΙΥ. Z. τὸ τί; edidit. Sed recte mihi videntur Hermannus Bergkius Meinekius Kockius Teuffelius τὸ τί; ex Ravennate et Veneto recepisse. Nam ut horum codicum, quorum in hac fabula permulta menda communia esse De Rav. et Ven. p. 4 demonstravi, consensui hic aliquid tribuam similitudine alias loci adducor. Equ. 1036 enim Goett. gel. Anz. 1866 p. 146 me gaudere dixi, quod Meinekius Vind. p. 64 eandem emendandi viam quam ego ingressus conieciisset:

ὡς τῶν ἄχοντον εἴτα διάχρινον τόδε,

codicibus τότε exhibentibus. Hodie vero minus longe a codicum lectione τὸ τί; voculae recedere rectissimeque Demo tribui videntur. Itaque etiam Plut. 902 vel invito Hirschigio τὸ τί; Aristophani sycophantaeque relinquendum esse persuasum habeo.

Aliud emendandi genus etiam facilius id est, quo verba non aliis personis, sed *interpunctione mutata* aliis enuntiatis tribuuntur. Huc pertinet quod Hirschigius Philol. V. p. 278 v. 146 ἀπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὅπήχοα »positionem τοῦ γὰρ perversam arguere interpunctionem« ac post ἀπαντα interpungendum esse censuit. A sententia vulgatam interpunctionem praestare quivis incorruptus mecum sentiet, γάρ vero particulae post tertium vocabulum conlocationem facile ferri posse Hirschigius discere poterat velut ex his exemplis: Αν. 1545 δεῖ ποτὲ ἀνθρώποις γάρ εὔνους εἰμ' ἔγω, ubi facili negotio scribi poterat δεῖ γάρ ἀνθρ. ποτὲ εὔνους κτλ., Nub. 1198 ὅπερ οἱ προτένθαι γάρ δοκοῦσί μοι παθεῖν, quibus ex comicorum reliquiis exempla, quae multa conlecta habeo, addere taedet.

v. 199 πλὴν ἐν μόνον δέδοικα. XPE. φράζε τοῦ πέρι; Hirschigii popularis novissimus Pluti editor post πλὴν ἐν μόνον interpunxit et Plutum postquam δέδοικα dixit a Chremylo interruppi fecit, quam rationem interpungendi ego iam in Fleckeiseni annalibus 1868 p. 477 sq. refutavi argumentis, quibus nunc nihil habeo quod adiciam; sed cf. Equ. 27 πλὴν γε περὶ τῷ δέρματι δέδοικα τουτονὶ τὴν οἰωνόν.

Alio loco Meinekius interpunctione mutanda mendo medendum esse opinatus est, quod mendum esse nego. Dicit enim homo doctissimus Vind. p. 216:

v. 826 δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἴ.

»Δῆλον ὅτι et ὡς ἔοικας adversis frontibus sibi repugnant, quam ob causam post δῆλον ὅτι plene interpungendum est.« Iam Ztschr. f. d. Gymn. 1866 p. 224 hunc versum sic insecanum esse mihi non videri dixi; δῆλον δτι esse »nimirum, scilicet« totumque enuntiatum non plus offensionis habere quam v. 1017 μόνος γάρ ἥδεθ' ὡς ἔοικεν ἐσθίων. Videtur autem Meinekius putare ἔοικα verbo paulo plus significari dubitationis quam re vera significatur; nam haud raro ὡς ἔοικε id est, quod nos dicimus »wie der Augenschein lehrt.« Sic dubitari nequit, quin chorus Acharnensium Dicaeopolidem cum omni sacrificii adparatu conspexerit, ubi v. 240 dicit: θύσων γάρ ἀνὴρ ὡς ἔοικε' ἐξέρχεται. Lys. 1106 inter Athenensem et Lacedaemonium convenerat, ut Lysistratam vocarent, cum chorus eam egredientem conspicit itaque eam non iam opus esse vocari intellegit; dicit autem διλ' οὐδὲν ἤμας, ὡς ἔοικε, δεῖ καλεῖν· αὐτῇ γάρ, ὡς ἤκουσεν, ἥδ' ἐξέρχεται. Sic ut ad Plutum redeamus, huius fabulae v. 75 se non iam dubitare, quin sibi dicendum sit, Plutus his verbis profitetur: ἀκουέτω δῆ. δεῖ γάρ ὡς ἔοικε

με λέγειν δὲ χρύπτειν η̄ παρεσκευασμένος. Itaque v. 826 sic fere interpretor: »scilicet ex bonorum, ut ex habitu tuo adparet, numero es.«

v. 343 Meinekius rectissime cum Bergkio et Kappeynio νὴ τὸς θεοὺς verbis quae secuntur ὡς Βλεφίδημ' ἀμεινον η̄ χθὲς πράττομεν adsignavit, cum Dindorfius etiam in novissima editione scenicorum poetarum Lipsiensi scripserit:

ἀλλ' οὐδὲν ἀποχρύψας ἔρω, νὴ τὸς θεούς.

Vix tamen dubitari potest, quin Chremylus iurandi formula rectius utatur, ubi novam miramque fortunam incredulo Blepsidemo declarat quam ubi se dicturum esse nihil celantem. cf. Timocl. Com. III p. 596 οἴμοι κακοδαιμων ὡς ἔρω. μὰ τὸς θεούς, Τιθύμαλλος οὐδεπάποτ' ἡράσθη φαγεῖν οὐτω σφόδρα.

Incipienti mihi de Pluto fabula hanc commentationem criticam conscribere, ut etiam alia emendationum genera persequerer, propositum erat, quae nunc ne patientia legentium chartaque abutar in praesens omissa in posterum tempus differre ac tribus locis ipse emendandi periculum subire malo. Nam crescente in me Aristophanis cognoscendi studio decrescebat studium fabularum eius quibuscumque conjecturis emendarum, cum identidem me vel alios homines criticos in excogitandis conjecturis tempus viresque perdidisse ex adcuratiore et pleniore poetae vel aequalium eius notitia cognoscerem. Itaque ut nunc ex eis conjecturis, quae ad Plutum emendandum idoneae mihi visae sunt, perpaucas tantum dignas esse censeo, quae in lucem edantur, ita ne has quidem non metuo, ne mox ipse refutaturus vel falsas esse aliis concessurus sim.

Ac primum quidem unus locus est, ubi editores structuram a grammatica ratione parum firmam ad unum omnes tulisse valde miror. V. 496 sq. enim haec leguntur:

χρήτα ποιήσει

πάντας χρηστοὺς καὶ πλουτοῦντας δήπου τύ τε θεῖα σέβοντας.

Adparet Chremylum nihil dicturum esse nisi Plutum omnes probos homines piosque facturum esse divites. At haec non est eorum verborum vis, quae nunc leguntur. Ποιεῖν enim cum participio de poeta dicitur, qui aliquem vel in poemate vel in scaena aliquid agentem vel pati facit, ita ut non efficiendi sed fingendi vis illo verbo continetur, ut apud Platonem in Gorgia p. 525 Διαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὁμηρος· βασιλέας γάρ καὶ δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν Ἀΐδου τὸν δεῖ χρόνον τεμωρουσμένους, Τάνταλον καὶ Σίσυφον καὶ Τετυόν. Θερσίτην δέ, καὶ εἰ τις ἄλλος πονηρὸς ἦν ιδεώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνεχόμενον ὡς ἀνίατον, ad quem locum Cobetus N. L. p. 687 rectissime conformavit Xen. Conviv. 8, 31. Itaque ad ποιήσει illo Pluti loco vel adiectivum addendum erat ut v. 285 δις ὑμᾶς πλουσίους ποιήσει

vel verbi infinitivus ut v. 746 βλέπειν ἐποίησε τὸν Πλοῦτον ταχύ, τὸν δὲ Νευκλείδην μᾶλλον ἐποίησεν τυφλόν, ubi utramque structuram coniunctam vides, v. 947 ἐγώ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκτην, v. 1140 ἐγώ σ' ἀν λανθάνειν ἐποίουν δεῖ, Equ. 912 ἐγώ σε ποιήσω τριηραρχεῖν, Vesp. 643 ή μὴν ἐχώ σε τήμερον σκύτη βλέπειν ποιήσω, Adv. 59 ποιήσεις τοί με χόπτειν αὐθίς αὖ. Poterat vero etiam ne deesset verbum, ad quod participium aptum esset, pro ποιήσει scribi ἀποδείξει ut v. 210 βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὅξυτερον τοῦ Λυγκέως. Atque hoc dicendi genere usum Aristophanem olim suspicatus sum scripsisse:

χάτ' ἀποδείξει

πάντας χρηστοὺς καὶ πλουτῶντας δήπου τά τε θεῖα σέβοντας.

Sed horum participiorum, quorum unum ad ἀποδείξει, alterum ad πάντας pertinet, coniunctionis molestiam persentiens non verbo finito sed participio bellum indixi ac nunc scribendum propono:

χάτα ποιήσει

πάντας χρηστοὺς καὶ πλουτῆσαι δήπου τά τε θεῖα σέβοντας
conlato simili loco v. 386 ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς μόνους ἔχως καὶ τοὺς δεξιοὺς καὶ σώφρονας ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω.

Cantus alterni, quibus inde a v. 290 usque ad v. 315 Cario chorusque se lacesunt, et versus 316—321, quibus Cario his certaminibus finem facit, singulis locis depravati esse mihi videntur. Facile enim in illis cantibus ea certandi lex observari potest, ut qui respondet ei, a quo lacessitus est, eas partes relinquat, quas sibi sumpserat, ipse autem quam ille dederat respuens aliam personam induat. Choreutae enim postquam Cario eis arietum et caprorum partes tribuens se Cyclopem imitaturum esse dixit illos pascentem, eum Cyclopem esse sinunt, ipsi vero ut Ulyssis comites eum oculorum luce privare malunt. Itaque Cario cum eis has partes adimere nequeat, recte facit, quod iam Circen illos in porcos commutantem agere vult, cui si adversari volebant choreutae Circen ab Ulysse stricto ense urgeri facere debebant, ut legitur apud Homerum Od. K. 321:

ῶς φάτ'· ἐγώ δ' ἄρο δὲν ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ

Κίρογ ἐπήιξα ὡς τε κτάμεναι μενεάνων.

Atque id facturi esse videntur usque ad v. 312 τὸν Λαρτίον μυούμενοι, deinde παρ' ὑπόνοιαν relicto Homero in altissimas quasque illius temporis sordes descendunt neglectaque illa certaminis lege Carioni Aristylli partes obtrudunt. Soluta autem hac lege ille pergere designatur lusibusque finem imponit. Hac cognita horum canticorum ratione ipse eum locum facile indicabis, in quo ut vitium non latere crederem ego nunquam a me impetrare potui. Neque enim te fugiet v. 297 quam non sit aptum βλη-

χώμενοι participium choreutis Ulyssis comites acturis; quibus id potius ab initio significandum erat se arietes caprosque agere nolle. Atque hoc fit, dummodo lenissima medela pro βληχώμενοι rescribatur βληχωμένοις, quo participio ad τοῖς προβατίοις nihil potest esse adcommodatius. Senes igitur cum possint brevius et ad intellegendum aptius haec dicere:

ἡμεῖς δέ γε ζητήσομεν φρεττανελὸ τὸν κύκλωπα
βληχωμένοις σὲ τουτοὺ πινῶντα καταλαβόντες
ἥγονται τοῖς προβατίοις,
εἰκῇ δὲ καταδαρδόντα ποι
μέγαν λαβόντες ἡμένον σφηνίσκον ἐκτυφλῶσαι

abrepti rei expingendae studio spectatorum Carionisque quid βληχωμένοι velit nescientium expectationem fallentes post καταλαβόντες interponunt:

πήραν ἔχοντα λάχανά τ' ἄγρια δροσερά, κραταλῶντα.

v. 316 sq. ἀλλ' εἴλα νῦν τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες ἥδη
ὑμεῖς ἐπ' ἀλλ' εἰδος τρέπεσθ',
ἐγὼ δ' ἵων ἥδη λάθρῃ
βουλήσομαι κτλ.

quotiens legi displicuit ἥδη brevi spatio intermisso repetitum alteroque loco eo molestius, quod ἀπαλλαγέντες ἥδη haud dubie non solum ad chorū verum etiam ad ipsum Carionem referendum est. Reputanti vero Carionem his verbis se scaenam relicturum esse indicare ac legenti, quae Ernestus Droyzen in Quaestionibus de Aristophanis re scaenica p. 3 sq. diligentissime concessit, non dubium erit, quin scribendum sit:

ἐγὼ δ' ἵων εἴσω λάθρᾳ.

De corruptela conferas quaeso Equ. 1110, ubi in Ravennate et Ambrosiano recte legitur τρέχοιμ² Δν εἴσω πρότερος, in Veneto Parisino Laurentianis Θ et Δ Vaticano-Palatino et superscriptis a secunda: γρ. εἴσω in Florentino Γ τρέχοιμ² Δν ἥδη πρότερος scriptum extat.




I N D E X.

| | | | | | | | |
|-----------|-------|---------|---------------|-----------|---------------------|-----------|---------------|
| Aristoph. | Equ. | 1036 | p. 49 sq. | Aristoph. | Plut. | 582 | p. 14. |
| — | — | 1204 | p. 42. | — | — | 584 | p. 33. |
| — | Pac. | 316 | p. 11. | — | — | 641 | p. 14. |
| — | Plut. | 17 | p. 7 sq. | — | — | 653 | p. 15. |
| — | — | 22 | p. 13 sq. | — | — | 664 | p. 43. |
| — | — | 26 | p. 9 sq. | — | — | 695 | p. 3. |
| — | — | 27 | p. 43. | — | — | 697 | p. 34. |
| — | — | 44 | p. 47 sq. | — | — | 701 | p. 4. |
| — | — | 65 | p. 39. | — | — | 702 | p. 15. |
| — | — | 71 | p. 48. | — | — | 704 | p. 46 sq. |
| — | — | 98 | p. 5. | — | — | 712 | p. 2. 27. |
| — | — | 106 | p. 28. | — | — | 721 | p. 4. |
| — | — | 116 | p. 43. | — | — | 745—747 | p. 27 sq. |
| — | — | 118 | p. 46. | — | — | 755 | p. 1 sq. 27. |
| — | — | 119 | p. 19. | — | — | 756 | p. 34. |
| — | — | 143 | p. 38. | — | — | 771 | p. 33. |
| — | — | 146 | p. 39. 50. | — | — | 806 | p. 5. 33. |
| — | — | 148 | p. 44 sq. | — | — | 823 | p. 15 sq. |
| — | — | 163—180 | p. 41 sq. | — | — | 826 | p. 50. |
| — | — | 179 | p. 27. | — | — | 839 | p. 49. |
| — | — | 188 | p. 28. | — | — | 845 | p. 7. |
| — | — | 190—192 | p. 43. | — | — | 886 | p. 33. |
| — | — | 199 | p. 50. | — | — | 896. 7 | p. 40 sq. |
| — | — | 205 | p. 19. 31 sq. | — | — | 902 | p. 49 sq. |
| — | — | 207 | p. 35 sq. | — | — | 919 | p. 29. |
| — | — | 215 | p. 46. | — | — | 942 | p. 12 sq. |
| — | — | 245 | p. 19 sq. | — | — | 957 | p. 29 sq. |
| — | — | 255 | p. 21 sq. | — | — | 1011 | p. 12. |
| — | — | 258 | p. 17 sq. | — | — | 1013 | p. 19. |
| — | — | 264—270 | p. 37 sq. | — | — | 1033 | p. 12 sq. |
| — | — | 281 | p. 2. 34. | — | — | 1042 | p. 11 sq. |
| — | — | 297 | p. 52 sq. | — | — | 1044 | p. 16 sq. |
| — | — | 302. 9 | p. 24 sq. | — | — | 1071—1081 | p. 36 sq. |
| — | — | 318 | p. 53. | — | — | 1078 | p. 22 sq. 48. |
| — | — | 343 | p. 51. | — | — | 1089 | p. 6. |
| — | — | 400 | p. 10. 47. | — | — | 1097 | p. 35. |
| — | — | 401 | p. 47. | — | — | 1115 | p. 30. |
| — | — | 422 | p. 26. | — | — | 1122 | p. 18. |
| — | — | 432 | p. 12 sq. | — | — | 1163 | p. 34. |
| — | — | 450 | p. 25. 34. | — | — | 1169 | p. 35. |
| — | — | 475 | p. 33. | — | — | 1173 | p. 30 sq. |
| — | — | 497 | p. 51 sq. | — | — | 1180 | p. 18. |
| — | — | 498. 9 | p. 9. | — | — | 1190 | p. 22. |
| — | — | 505. 6 | p. 9 sq. 45. | — | Thesm. | 285 | p. 16. |
| — | — | 516 | p. 23. | — | — | 661 | p. 22. |
| — | — | 564 | p. 5 sq. | Eubul. | Com. III | p. 258, 2 | p. 3. |
| — | — | 566 | p. 33. | Eurip. | Or. 701 | — | p. 20. |
| — | — | 572 | p. 14. | — | Aeol. frgm. 26 (N.) | p. 20. | |
| — | — | 580 | p. 45. | Xenoph. | Anab. VII, 4, 21 | p. 18. | |

—————
BEROLINI APUD S. CALVARY EIUSQUE SOCIOUM (G. H. SIMON).
TYPIS DESCRIPTIS L. DRÆGER (C. FEICHT) BEROLINENSIS.







Ga 110.746
Exercitationes criticae in Aristoph.
Widener Library 001780002



3 2044 085 093 417